C.I.DD.9.

L:CI

Digitized by Google

Digitized by Google

ALPHABETUM TIRONIANUM,

SEU

NOTAS TIRONIS EXPLICANDI METHODUS;

Cum pluribus Ludovici Pii Chartis, quæ notis iiſdem exaratæ ſunt & hactenus ineditæ, ad Hiſtoriam & Juriſdictionem cùm eccleſiaſticam, tum civilem pertinentibus.

Labóre & ſtudio D. P. CARPENTIER, *O. S. B.*
Præpoſiti S. Oneſimi Doncherienſis.

B. R. NEAPOLIS

LUTETIÆ PARISIORUM,
Apud HIPPOLYTUM-LUDOVICUM GUERIN, & JACOBUM GUERIN, viâ San-Jacobæâ, ad Inſigne Sancti Thomæ Aquinatis.

M. DCC. XLVII.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO
IN QUA
DE NOTIS TIRONIANIS
DISSERITUR.

NOTAS, quarum exhibeo Alphabetum, Tironianas appello, ut cum cæteris loquar : neque enim mihi propoſitum eſt, quis earum primus, quis præcipuus auctor fuerit, certò ſtatuere ac definire. Et quidem diſputatum hactenus inter eruditos fuit, Græcis-ne primùm, an Latinis Scriptoribus ; deinde, cuinam potiſſimùm inter Latinos, acceptum referri debeat inventum illud. Appellationis itaque expoſitâ ratione, de hujuſmodi notarum origine, quod mihi veriſimilius viſum eſt, planè & perſpicuè, quantùm potero proponam.

Antiquiſſimam eſſe earum originem exiſtimo ; etiamſi repudiaretur opinio Hermanni Hugonis Societatis Jeſu Presbyteri, qui, poſt Raderum & Lorinum ſodales ſuos, ad artem ſcribendi per notas refert hunc Pſalmi 44. verſiculum : *Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis.* Græcis enim compendioſum ſcribendi genus per notas & ſigna uſitatum fuiſſe, certum videtur ex eorum Gloſſis, in quibus occurrunt ταχυγράφοι, *qui velociter ſcribunt*; & σημειογράφοι, *qui per ſigna ſcribunt.* Imò Xenophon Philoſophus inter Græcos *primus*, ſi Laertio fides, *quæ dicebantur notis excepta in publicum edidit :* πρῶτος ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν. Cujuſmodi verò eſſent hæc ſigna, quales eæ notæ, dilucidè nos docet Plutarchus in Catone Uticenſi : Σημεῖα, inquit, ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις, πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν : *Signa quæ in minutis & brevibus figuris multarum literarum vim continent.*

De prima ſcrib. origine. c. 18.

Vita Xenoph. l. 11. §. 48.

Tom. IV. pag. 238. edit. Lond.

Habes certè undique expletam & perfectam notarum, de quibus agimus, definitionem. Sed quid hæc ultima ad Græcos, cùm de notis, quas Cicero ſcribas ſuos edocuerat, loquatur Plutarchus ? Multùm profectò, ſi locum integrum perpenderis. En profero : τοῦτον μόνον ὧν Κάτων εἶπεν διασώζεσθαί φασι τὸν λόγον, Κικέρωνος τοῦ ὑπάτου τοὺς διαφέροντας ὀξύτητι τῶν γραφέων σημεῖα προδιδάξαντος, ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν, εἶτα ἄλλον ἀλλαχόσε τοῦ βουλευτηρίου σποράδην ἐμβαλόντος. οὔπω γὰρ ἤσκουν, οὐδ' ἐκέκτηντο τοὺς καλουμένους σημειογράφους, ἀλλὰ τότε πρῶτον εἰς ἴχνος τι καταστῆναι λέγουσι : *Hanc unicam Catonis orationem ſupereſſe perhibent, quòd Cicero Conſul, qui celeriter ſcribendi artem aſſecutos priùs edocuerat notas, quæ in minutis & brevibus figuris multarum literarum vim continent, alium alio loco* (orante Catone) *in Senatu ſcriptorem collocaſſet. Nondum enim uſi fuerant, neque habebant notarum, quos vocant, ſcriptores; ſed tunc primùm obtinuiſſe dicunt.* Quibus in verbis duo potiſſimè notanda ſunt : primum eſt, quod Plutarchus σημειογράφους ſcriptores illos

Digitized by Google

appellat, non quòd celeriter ſcribendi artem eſſent aſſecuti; ſed quòd notis, quas à Cicerone didicerant, ſcriberent; eodem ſcilicet nomine, quo Laertius uſus eſt ad denotandam Xenophontis ſcribendi rationem, quo & ipſe Cicero, cùm per notas ſcripſiſſe
Lib. 13. ſe declarat, ut in epiſt. 32. ad Atticum: *Quod ad te de decem legatis ſcripſi, parum intellexti; credo, quia* διὰ σημείων *ſcripſeram:* ubi *notas* appellat græco nomine, uti ſolet in iis, quæ Latini à Græcis mutuati ſunt. Alterum eſt, quod Ciceronis ætate primùm apud Romanos obtinuit illud per notas ſcribendi genus; quas cùm ab aliis, (quibus verò, niſi à Græcis?) didiciſſet, ſuos edocuit. Neque enim, ſi harum inventor eſſet Cicero, debitâ illum laude defraudaſſet Plutarchus: ſed nec ipſe Cicero id aliis commemorandum reliquiſſet.

Qua ratione autem notæ, quæ ex inſtituto verba græca ſignificabant, ad latina exprimenda converti potuerunt? Reſponſum in promptu eſt: notæ ſcilicet, tametſi literarum vim habeant, literæ tamen nequaquam ſunt, ut mox dicemus: unde ut Græcis liberum fuit notis pro arbitrio notiones aſſingere; iiſdem Latini pro voluntate ſignificationes eodem jure attribuerunt; imò notas addiderunt novas, ubi Græcæ illos deficiebant. Sicque Cicero & Tiro ejus libertus, quodam modo notarum parentes apud Romanos, nominari poſſunt.

Jam verò, quid cenſendum eſt de Petro Diacono, qui poſt Iſidorum ait; ſi tamen
Lib. de Not. Lit. Rom. hæc ſana ſunt: *Vulgares notas Ennius primus mille & centum invenit....... Dehinc Tullius Tiro, Ciceronis libertus, notas præpoſitionum commentatus eſt. Poſt hunc Phi-*
Lib. 1. Origin. c. 21. *largyrus Samius & aliqui* (Aquila) *Mæcenatis* (libertus) *alias addiderunt. Deinde Lucius Annæus Seneca, contractis omnibus, digeſto & aucto numero, opus in quinque millia extendit.* Nemo non videt errare hìc monachum Caſinenſem, dum habet promiſcua & confundit, quaſi unum ſint, quæ planè diverſa ſunt; notas nempe Tironianas, & quæ *ſingulariæ* vocantur: de iſtarum enim genere ſunt exempla omnia à Petro allata. *Scribebantur autem,* inquit, *verba per hujuſmodi notas brevitatis causâ, ut per B. F.* bonum factum, *per S. C.* Senatus conſultum, &c. Tironianarum verò ne unum quidem exemplum occurrit. Unde nihil mihi tam mirum videtur, quàm quod legitur apud Mabillonium Diplomat. pag. 52. *Ceterùm notas illas Tironianas ante annos quingentos explicavit Petrus Diaconus, monachus Caſinenſis: cujus liber hac de re typis mandatus eſt, antequam Gruterus eaſdem notas proferret in lucem.* Quî enim potuit vir, eruditione æque ac diligentiâ conſpicuus, *eaſdem* dicere notas, quæ tantùm inter ſe differunt, quantùm nota, quæ litera non eſt, diſcrepat à literâ? Lapſum hujuſmodi tanto viro quis probro vertat, in re præſertim de quâ nuſquam datâ operâ diſſeruit? Ne autem longiùs à propoſito digrediar rurſùs obſervo, laudatis ex Iſidoro verbis, præcipuas circa notarum inventionem opiniones contineri; (quod certum eſt confu-
in Chron. lib. 55. ſionis argumentum) Euſebii nempe, qui Tironi; Dionis Caſſii, qui Mæcenati; Senecæ,
Epiſt. 90. qui Ciceronis & Mæcenatis libertis eam tribuunt. Hinc eſt etiam quod liber notarum à Grutero in lucem emiſſus, Tironis & Senecæ inſcribitur nomine: qui mihi, ut obiter dicam, non alius videtur à codice Benedictino, quem Trithemius abbas ſubripuit
Lib. 6. de Polygr. vermibus, Ciceronis & S. Cypriani nominibus inſignitum.

Itaque ut quod unicuique proprium eſt, aſſignemus; &, quo poteſt, ordine noſtra procedat oratio; nobis incumbit exponere, quot ſint notarum ſpecies, quibus Antiqui brevitatis, aut ſecreti causâ uſi ſunt. Triplicis generis notæ poſſunt diſtingui: primum eſt, quod & antiquius, hieroglyphicarum; quæ potiùs rerum quàm verborum ſigna ſunt; quales, quæ finguntur ab Aſtronomis & Arithmeticis, characterum Sinenſium propè ſimiles. De his intelligendus eſt Apuleius lib. XI. Metamorph. *De opertis adyti,* inquit,

Digitized by Google

inquit, *profert* (ſenex) *quoſdam libros, literis ignorabilibus prænotatos: partim figuris cujuſcemodi animalium, concepti ſermonis compendioſa verba ſuggerentes: partim nodoſis, & in modum rotæ tortuoſis, capreolatimque condenſis apicibus, à curioſâ profanorum lectione munita.* Id jam monuit V. Cl. *Leonard des Malepeines* ad eruditam diſquiſitionem viri doctiſſimi *Warburton* de Hieroglyphicis, quam eleganter Gallicè reddidit, doctiſque obſervationibus illuſtravit.

Alterum genus eſt notarum, quæ *ſingulariæ*, recentioribus *ſiglæ*, Græcis σιγλαι, nuncupantur, quòd ſcilicet ſingulæ verbum exprimant. Ejuſcemodi trita ſunt exempla, S. P. Q. R. *Senatus, Populuſque Romanus*; P. R. E. *poſt reges exactos*; A. A. S. L. M. *apud agrum ſibi locum monumenti*; B. A. *bonam actionem*, vel *bonis auſpiciis*, vel *bonis avibus*; & alia, quæ videſis apud Valerium Probum, Petrum Diaconum & Magnonem; quos omnes in unum collegit & digeſſit Sertorius Urſatus. Atque hanc notandi rationem, quia facilior & velocior, magis Veteribus uſitatam fuiſſe facilè crediderim. Quanto enim conſueto ſcribendi genere expeditior eſt Tironiana notandi methodus; tanto ipsâ Tironis arte celerior eſt, quæ per ſingulas literas perficitur: quod ex obſervandis infra, magis perſpicuum fiet. Etquidem, prioribus ſaltem temporibus, queis vulgata minùs erat notarum ſcientia, primis cujuſque vocis literis conſcribi ſolita eſſe, quæ in Senatu notanda proferebantur, teſtis eſt Valerius Probus: *Apud Veteres*, inquit, *cùm* Lib. de Not. Rom. interpr. *uſus notarum nullus eſſet, ſcribendi facultatem, maximè in Senatu qui aderant ſcribendo, ut celeriter comprehenderent, quædam verba, atque nomina ex communi conſenſu primis literis notabant, & ſingulæ quid ſignificarent, in promptu erat.* Quamobrem, eo potiùs modo, quàm notis Tironianis exſcripta fuiſſe arbitror teſtium dicta, de quibus Cicero in orat. pro Sylla: *Introductis*, inquit, *in Senatum indicibus, conſtitui Senatores,* Cap. 14. *qui omnia indicum dicta, interrogata, reſponſa perſcriberent. At quos viros? non ſolùm ſummâ virtute & fide, cujus generis in Senatu facultas maxima: ſed etiam quos ſciebam memoriâ, ſcientiâ, conſuetudine, & celeritate ſcribendi, facillimè, quæ dicerentur, perſequi poſſe.* Nam ſi notis ſeu ſignis ſcripſiſſent Senatores, eos ἀπὸ σημείων ſcripſiſſe, ut ſupra de ſeipſo, dixiſſet Tullius. Et verò, quodnam celeritatis in ſcribendo genus gratulari Senatoribus potuit, niſi illud quod citiſſimum eſſet; nempe quo verbum integrum unicâ exprimitur literâ? Scribarum erat alterum genus, non Senatorum. Huc etiam ſpectare exiſtimo Martialis epigramma 208. quanquam vulgò ad notas Tironianas illud referunt Lib. 13. viri eruditi:

Currant verba licèt, manus eſt velocior illis:
Nondum lingua, ſuum dextra peregit opus.

Diſertè verò Manilius lib. 4.

Hic & ſcriptor erit felix, cui litera verbum eſt,
Quique notis linguam ſuperet curſumque loquentis,
Excipiens longas nova per compendia voces.

Neque aliter accipiendus mihi videtur Auſonius, epigr. 146.

Puer notarum præpetum,
Sollers miniſter advola.
Bipatens pugillar expedi,
Cui multa fandi copia,

Punctis peracta ſingulis,
Ut una vox abſolvitur.

Qui plura de ſiglis Veterum voluerit, conſulat diſſerentem copioſiſſimè hac de re Joannem *Nicolai;* cujus lucubratio edita eſt Lugduni Batavorum anno 1706.

Alia eſt apud Veteres memorata ſcribendi ratio, non velocior quidem ſcribentibus, ſed legentibus intricatior; quâ, ex convento, literarum ordo permutatur. Hac Steganographiâ potiſſimè uſus eſt C. Jul. Cæſar ex Suetonio cap. 56. *Exſtant*, inquit, *& ad Ciceronem* (epiſtolæ) *item ad familiares domeſticis de rebus: in quibus ſi qua occultiùs perferenda erant, per notas ſcripſit, id eſt, ſic ſtructo literarum ordine, ut nullum verbum effici poſſet: quæ ſi quis inveſtigare & perſequi vellet, quartam elementorum literam, id eſt,* d *pro* a, *& perinde reliquas commutet.* Apertè rursùs idem de Octav. Auguſto cap. 88. *Quoties per notas ſcribit,* b *pro* a: c *pro* b, *ac deinceps eâdem ratione ſequentes literas ponit: pro* z *autem duplex* a a. Sed minùs propriè Suetonius hoc loco vocem
Ant. Rom. tom. 1. col. 13. *notas* uſurpat: neque enim Ferrario aliiſque aſſentior, qui ſcripturæ id genus inter notas recenſendum volunt; quippe quòd in eo genere ſingula verba omnibus ſuis literis complerentur; atque adeò non tam ad ſcribendi celeritatem, quæ notarum finis eſt præcipuus, videatur excogitatum, quàm ut inverſo hujuſmodi literarum ordine res ſecretò ſignificandæ velarentur. De his fortaſſè Ovidius epiſt. 4.

His arcana notis terrâ pelagoque feruntur.

Ad tertium tandem pervenimus notarum genus, quæ ſub nomine Tironis vulgatæ
Epiſt. 27. cent. 1. ſunt, quæque præ cæteris, peculiari jure, *Notæ* appellantur; ſi accurata eſt Juſti Lipſii definitio: *Notas*, inquit, *appellamus ſcripturæ quædam compendia, cùm verba non perſcribimus, ſed ſignamus: celeritati & excerptioni repertas.* Porrò, ſi Veteribus fides, Græcis dico & Latinis, notarum Tironianarum ea eſt conditio, ut literarum ſigna ſint
Lib. 11. cap. 2. & imagines, quomodò à Quintiliano vocantur; non literæ. Scholiaſtes Baſilic. σημείωσαι
Ad lib. 40. Pag. 293. ὅτι τὰ σημεῖα οὐκ εἰσὶ γράμματα: *Obſerva notas non eſſe literas.* Nec aliâ de causâ, teſtamenta iis notis ſcripta, irrita eſſe pronuntiat Paullus JC. niſi quòd nota, non eſt litera. Haud ſcio tamen an huc referendum ſit, quod de Galbâ ſcribit Suetonius cap. 5. *HS namque quingenties cùm præcipuum inter legatarios habuiſſet, quia notata, non perſcripta erat ſumma, herede Tiberio legatum ad quingenta revocante, ne hæc quidem accepit.* Neque enim ibi loquitur de teſtamento, quaſi notis ſcriptum omninò fuiſſet; ſed de ſummâ tantùm, quæ conſueto notata erat ſigno. Notas quoque à literis ſecernendas eſſe docet
Lib. 9. Ep. 9. Apollinaris Sidonius, his verbis: *Tribuit & quoddam dictare celeranti ſcribarum ſequacitas ſaltuoſa compendium, qui comprehendebant ſignis, quod literis non tenebant.* Ita & Horatium interpretantur lib. 2. ſat. 4.

.... Non eſt mihi tempus, aventi
Ponere ſigna novis præceptis.

Pro certo itaque habendum eſt, conſcriptas ita primùm fuiſſe notas, ut à literis omninò diverſæ eſſent: at ubi earum uſus invaluit; quò & facilior fieret, tum aliquot additæ ſunt notæ, ad literas proximè accedentes: quidni dicam? & literæ. Et verò, nulla licèt ſæpiſſimè, primo aſpectu, appareat notas inter & literas, quæ notis ſignificantur, ſimilitudo; fatendum tamen eſt, literas penè omnes, in variis ad unamquamque literam deſignandam characteribus, nullo negotio deprehendi; imò & ipſam literam pro notâ uſurpari nonnunquam; ut videre eſt in Alphabeto quod ſubjicimus. Neque ideo ruet

propoſita ex Veteribus notarum definitio : modò in confeſſo ſit, nec uno tempore ; nec ab eodem auctore, inventas fuiſſe notas; quod veriſimillimum eſt. Sed ne quis id gratuitò dixiſſe me exiſtimet, moneo ejuſcemodi literas pro notis tum maximè adhiberi, cùm plures in uſu ſunt characteres, quibus eadem litera notari poſſit : quas quidem literas à Latinis introductas fuiſſe manifeſtum eſt.

Notarum igitur Tironis, ſi literæ non ſunt, quæ natura eſt, & ; ut ita dicam, eſſentia? quæ vis & ratio? quænam literarum vocumve ita deſcriptarum, cum notis ſuis cohærentia? De his ſilent Scriptores; nec mirum : illas enim ad arbitrium confictas primùm opinor; deinde, cùm in uſu eſſe cœperunt, præſcriptæ ſunt, procul dubio, leges : adeòque non niſi poſt aliquod temporis ſpatium, in artem redactæ ſunt. Harum apud Romanos frequentior uſus, cùm publicus, tùm privatus; qui ad decimum, undecimumve uſque ſæculum perſeveravit; ut ex codicibus per notas hac ætate manu exaratis conjicere licet. Pauci quidem ſuperſunt, & facilè enumerantur : librum, qui portio quædam erat Commentariorum Hygini de ſideribus, è Daciâ miſſum ad Julium II. Papam, laudat Petrus Bembus Cardinalis; meminit Pſalterii poſt Trithemium Joſ. Scaliger : exſtabat in bibliothecâ eccleſiæ Belvacenſis, dùm viveret Anton. Loiſelius, Legis Salicæ codex : exſtant codices in bibliothecis Regiâ & Sancti Germani à Pratis, qui plures Pſalmos complectuntur : exſtat in Regiâ rurſum & ſancti Remigii Remenſis codex notarum Tironianarum; idem atque ille, quem vulgavit Gruterus; ſuperſtat denique & ille codex regius, ex quo Chartas Ludovici Pii hactenus ineditas, magno certè hiſtoriæ cùm eccleſiaſticæ, tùm civilis, & antiqui Francorum juris commodo, in lucem proferimus. Quòd ſi rari admodùm ſunt, hiſce notis perſcripti codices, nihil eſt cur miremur : ea nempe fuit præcedentium temporum infelicitas, ut quos, quaſi magicis artibus infames, igne non damnaverat ſuperſtitio, vermibus corrodendos permitteret inſcientia; quæ adeò craſſa fuit, ut ejuſmodi notas, teſte Trithemio, Armenicæ linguæ elementa eſſe nonnulli crediderint. Plures etiamnum alios ſupereſſe confidimus, quibus abundè locupletari poſſit reſpublica literaria : nec immeritò ſanè; cùm jam ex Muratorio didicerimus, non unum codicem iis notis ſcriptum exſtare in Ambroſianâ Mediolanenſi bibliothecâ. Quidni & in multis aliis? quas ut ſcrutentur viri docti, liceat noſtro exemplo invitare; dùm illis labore noſtro qualecumque ſubſidium ferre ſatagimus.

Lib. 5. Ep. 8.
Lib. 6. de Polygr.
Epiſt. 418.
Mem. de Beau. p. 61.
Num. 190. & 1327.
Num. 8777.
Num. 2718.
Ubi ſup.
Antiq. Ital. tom. 1. col. 674.

Operoſior quidem, quàm debuerat, & moleſtior fuit labor iſte : neque id culpâ præſertim meâ; ſeu memoriæ lapſu, ſeu incuriâ, factum eſſe negaverim. Quando enim legendus mihi oblatus eſt codex regius, quo continentur Chartæ quæ hîc ſubjectæ ſunt, notas à Grutero editas nequaquam cogitans, regium codicem ſtatim contuli ad ſpecimen notarum à Mabillonio vulgatum. Sed, ſive minùs attentè id fecerim, ſive notæ manu deſcriptæ ab editis nonnihil reipſa diſcrepent, nulla inter eas mihi viſa eſt affinitas. Itaque rei novitate atque inſolentiâ inductus, nemine filum præducente, ex hoc labyrintho memet extricare aggreſſus ſum. At, cùm nihil per multos dies profeciſſem, & ab incœpto deſiſtere mihi propoſitum eſſet; ſubitò in mentem venit, hanc ſcriptionem eſſe è Chartarum genere; eaſque ad Caroli Magni, aut Ludovici Pii, Lothariive Imperatorum tempora referendas. Suſpicionem injecerant confirmabantque inſerta paſſim aliquot verba integris literis ſcripta, quæ in diplomatibus hujuſce ætatis ſæpiſſimè recurrunt. Quid plura? Notas, verbis ita ex integro ſcriptis præmiſſas, divinando conjeci, aptè interdum ad rem, nonnunquam minùs rectè, ipſa eſſe verba, quæ, in Chartis editis, eodem ordine præire ſolent : ſicque progrediendo, maximè in Chartarum formulis, res adeò feliciter ceſſit, ut unum alterumve diploma totum interpretarer. Sed longè gratior mihi lux affulſit,

cùm, ex ordine codicis, in Capitulare Ludovici Pii, jam à Baluzio vulgatum, & in tres quatuorve Chartas pariter editas incidi: ex his quippe, legendi rationem, quam hucuſque animo finxeram, aſſerere licuit; quemadmodum & ex libris de *Compunctione cordis* ſancti Joannis Chryſoſtomi, quorum exſtat, iiſdem notis ſcripta, ad calcem codicis regii, vetus interpretatio. Alphabetum ex his omnibus jam conflaveram, totumque interpretatus eram codicem, quando de notis à Grutero editis monuit me vir doctus. Illicò eas avidè inſpexi, eaſdemque eſſe, ſculptas licèt haud diligenter, atque Mabillonii ſpecimen; eaſdemque prorſus, quas explicare mihi obtigerat, intellexi. Fatear quod res eſt: illas priùs neſciiſſe non me pœnituit; quarum videlicet utilitas, ſi quæ tamen eſt, in hoc tota conſiſtere mihi videtur, ut confirmandæ lectioni aliquandò inſerviant, inveniendæ nuſquam. Enim verò, quî fieri poteſt, ut notas inter, numero quinque millia, nullo ordine diſpoſitas, characteris ignoti interpretatio inveſtigetur, aut inveſtigando reperiatur? Non equidem video.


Ut ut eſt, quòd omnium eruditorum votis, à ducentis & amplius annis expetitum eſt; quod notarum à Grutero editarum moles indigeſta, earumdemque jejunum & inops Hamonis ſpecimen, à Mabillonio Diplomaticæ inſertum, præſtare hactenus nequivere; pro viribus exſequi nunc aggredior. Eam ob rem, quâ potui diligentiâ, Alphabetum digeſſi; in quo ad unamquamque literam communem, quotquot mihi occurrerunt, in iis quos legi libris, huic ſignificandæ inventi characteres, revocavi: & in laudandis exemplis nimius eſſe malui, quàm brevior.

Alphabetum excipiunt ſigna, quibus variæ vocum terminationes deſignantur: nec alia, ut ordinatim procederem, expeditior viſa eſt ratio, quàm ſeries ipſa, ſive ordo literarum, quæ vocales dicuntur. Rem expertus ſum; neque inſcius à tritâ viâ aberro. Etquidem, ſi nominum & verborum flexiones, prout à Grammaticis diſponi ſolent, ſectatus eſſem religioſiùs; repetenda toties fuiſſent ſigna, quæ multa ſunt; quoties eadem terminatio occurriſſet; quæ ſæpiſſimè eadem eſt in nominibus diverſarum declinationum, cùm ſubſtantivis, tùm adjectivis: quod profectò negotium faceſſeret, imò & moveret faſtidium iis, qui notas hujuſmodi interpretari aggrederentur; quibus longè res facilior erit, ſi uno intuitu varia ejuſdem terminationis ſigna conſpexerint. Dein verò, ne quid, harum notarum ſtudioſo, moram injiciat; diverſos, quos reperi (nam alios comminiſci religio fuit) verborum modos, ſub unius conjugationis formâ, brevitatis gratiâ ſimul & perſpicuitatis, exhibeo; his etiam ſubjicio verbum ſubſtantivum *Sum*, *Pronomina*, *Præpoſitiones*, *Conjunctiones*, &, quæ frequentiora ſunt, *Adverbia*. Quæ omnia ſi quis combiberit, ad legendum veniet paratior.

Sed, quantumcunque hæc ad notarum Tironianarum intelligentiam ſufficere videantur; (nemo enim fortaſsè erit, qui tot adjumentorum ſupellectile inſtructus, obvios quoſque codices notis deſcriptos interpretaturum ſe non confidat;) occurrunt tamen interdum non ſpernendæ quædam difficultates; Exceptiones non injuriâ dixerim. Quas inter legendum offendi, diſtinctis capitibus exponam; his tantummodò prætermiſſis, quæ ex notariorum errore vel negligentiâ ortæ ſunt: quanquam, quod in aliis manu exaratis codicibus leve peccatum eſt, quia facile emendatu; in iis, qui notis hujuſmodi perſcripti ſunt, graviſſimum cenſeo: vix quippe evenit, ut erratum corrigas, aut ſuppleas omiſſum. Verè ut loquar, ſi cæteros ita ſcriptos codices, ex eo quem explicavi, æſtimare licet; rariora in his levioraque ſunt notariorum errata, quàm aliorum quorumvis ſcribarum; ſive diligentiorem curam poſtulet hæc ſcribendi ratio; ſive id negotii peritiſſimis duntaxat notariis commiſſum fuerit. De notis autem Tironianis ut æquiorem unuſquiſque ferat

ferat

ferat ſententiam, earumdem ſpecimen, ex codice regio expreſſum, quàm potui accuratiſſimè, ſubjiciendum hîc oculis judicavi; cujus interpretatio eſt infrà num. XXXIII.



His notulis, ita exiliter & jejunè conformatis, nullo à ſe invicem diſſitis intervallo, ut neſcias quæ ſint vocum inter ſe diſcrimina, imò fermè unicâ tota Chartæ ſeries conſtare videatur; profectò intelligas, quantùm diligentiæ, in iis legendis explicandiſve, ſit adhibendum; ſi inſuper membranæ vetuſtatem, certumque idcircò obliterationis periculum addideris.

Jam verò exponenda ſunt quæ, ut ſuprà monui, difficultatem poſſunt creare; quæ ſi prævisa fuerint, legentem minùs morabuntur. Imprimis itaque obſervo plurimas voces, ſignificatione diverſas, iiſdem notis, cùm in vocis initio, tùm in fine deſignari: ita ut legentis ſit, propriam hoc loco notæ interpretationem ex re ipsâ arceſſere.

Sanctum, Sancitum & *Scissum.* *Vadis, Vides* & *Judices.*
Studium & *Secretum.* *Interrogas* & *Iracundus.*
Officiis, Orbis & *Ostendit.* *Initium, Insidias* & *Extremas.*
Imperia & *Facta.* *Necessitas* & *Nimietas.*
Gener & *Grammaticus.* *Palatium, Pallium* & *Paulum.*

Contra verò, diſparibus quandoque, aut parùm inter ſe ſimilibus ſignis notatur eadem vox: majorque inde oboritur difficultas, quando ex iis unum, aliam præterea notionem habet; ut in ſubjectis exemplis; ubi notæ ſecundo loco poſitæ in 1° 2° & 3° exemp. *librarum*, *cura*, *aliam*, perinde ſignificant.

& *Aliarum.* & *Omnia.* & *Quam.* & *Liber.*
& *Dic.* & *Philosophiæ.* & *Optimum.*
& *Actor.* & *Passi.*

Eadem nota, voces varii ſenſûs interdum ſignat: nec aliter indicatur, quo in ſenſu accipiendæ ſint, quàm loco ipſo notarum, quæ vocis finem exprimunt, poſitarum nempe, aut ad dexteram, aut ad ſiniſtram, ſuperiùs, aut inferiùs.

Arcus, Ager. Majore, Minore. Hinc, Homo.
Adversus, Insuper. Oriente, Occidente. Argentum, Aurum
Dictum, Datum. Dominis, Disciplinis.
Contendere, Consistat. Incurrat, Intenta, Uri.
Videret, Judicaret. Secundum, Sensum.
Sententia, Superbia. &c.

NON raró evenit, ut varios notæ ejuſdem ſenſus ea tantùm demonſtrent ſigna, quibus terminatio variè denotatur.

Recurrere, Recurrere. Respondebimus, Respirabunt.
Virtutis, Virgis. Regibus, Regnis. &c.

NONNUNQUAM inter ſe diſcrepant notæ, quæ voces eodem fonte derivatas ſignificant.

Responsio, Respondebimus. Clamor, Clamant.
Gradus, Graditur. Exercet, Exercitus.
Posuisse, Ponitur. Vocantur, Advocantur.

ALIÆ ſunt notæ, quæ caſum rectum, vulgò nominativum, indicant: aliæ, quæ alios caſus; idem eſt in verborum modis.

Iter, Itinere, Itineribus. Venire, Venturum.
Curare, Curemus.

ID verò diſcriminis frequentiùs obſervatur in notis, quæ vocum terminationes deſignant.

& *Munere.* & *Opere.* & *Concessum.*
& *Veritas.* & *Praesentibus.* & *Quiete.*
& *Patriam.* & *Canonum.* & *Multorum.*
& *Suspensae.* &c.

QUANDO autem diſſimilibus notis ſignificationes diverſæ exprimuntur; ea ſæpiſſimè eſt tenuitas, aut puncti, aut lineæ, quæ ſignorum diſcrepantiam conſtituunt; ut oculos facilè fugiant.

Accendat, Accidat. Circuivi, Clamavi.
Exorare, Eligere, Erigere, Exigere.
Projicientes, Versantes, Festinamus, Favemus.
Meum, Mirum. Quae, Omnium. Freda, Ferrum.
Exheredari, Extrahere. Abscindere, Ascendere.
Recubat, Regnum. Tacere, Jungere. &c.

NONNIHIL etiam negotii afferunt notæ, quarum prior aut potior character, priorem vocis ſignificandæ literam non exprimit.

Femur. Ferramentum. Ferrugo. Figura. Spica.

Notarii incuriâ, aut aliâ, neſcio quâ, ratione, vel omittuntur aliquando notæ, quibus vocum terminationes ſignificari ſolent; vel iiſdem in vocibus diverſæ uſurpantur.

pro *Agit.* pro *Collatum.* pro *Fui.* pro *Imponit.* pro *Multum.* pro *Opus.* pro *Oſtendit.* pro *Silentium* pro *Tertium.*

Habeant inſuper qui, reipublicæ literariæ bono, veteres ejuſmodi manuſcriptos codices perlegere tentabunt, notarum ſpecimen; quarum aliæ, monogrammatum more, ex variis characteribus ſimul aſſutis & quaſi implexis, ita conflatæ ſunt, ut ſingularem notam credas; nec unius tamen vocis ſignificationem habent; aliæ, vel ſingulas alicujus vocabuli literas, vel uniuſcujuſque ſaltem ſyllabæ initium, indicant.

Aliunde: Componitur ex *Ali*, & *unde*.
Diabolus: ex *Dia*, *bol*, & *us*.
Erui: ex *E*, *r*, & *ui*.
Fredegiſus: ex *F*, *re*, *de*, *gi*, & *ſus*.
Hieſus Chriſtus: ex *Hieſus*, & *Chriſtus*.
Imperator Auguſtus: ex *Imperator*, & *Auguſtus*.
In Cœlis: ex *in*, & *Cœlis*.
In Conſpectu: ex *in*, *Conſpec*, & *tu*.
In Dei nomine: ex *in*, *Dei*, & *nomine*.
In omnibus: ex *in*, & *omnibus*.
Paraverda: ex *Pa*, *ra*, *ve*, *re*, & *da*.
Qualicumque: ex *Quali*, *cum*, & *que*.
Quibusdam in locis: ex *Quibus*, *dam*, *in*, & *locis*.
Quibuslibet: ex *Quibus*, & *libet*.
Redibitiones: ex *Re*, *di*, *bi*, & *tiones*.
Septimaniæ: ex *Se*, *pti*, *ma*, *ni*, & *æ*.
Unusquiſque: ex *Unus*, *quis*, & *que*.
Ut ab omnibus: ex *Ut*, *ab*, & *omnibus*.

Quanti facienda ſit hæc Chartarum collectio, quæ nunc primùm in lucem prodeunt, judicent monumentorum hiſtoricorum curioſi indagatores. Quid doceant novi; quantùm lucis afferant dubiis & obſcuris rebus; quàm dilucidè proferant, quæ auctores indubitatæ fidei minùs apertè ſcripſerunt; in notationibus ad unamquamque Chartam, quâ potui diligentiâ, obſervavi; nihil eſt igitur, quare in his diutiùs immorer.

Quæ jam publici erant juris, Capitulare ſcilicet Ludovici Pii, ejuſdemque quatuor

diplomata, rurſùm edenda exiſtimavi; ob id potiſſimùm, ut ex monumenti pervulgati interpretatione, fidem in his mihi conciliarem, quæ aut divinando me propoſuiſſe, aut ſomniando finxiſſe, ſuſpicentur homines, ſi qui ſunt, moroſi, vel malevoli.

In diſponendis Chartis, rerum ipſarum habui rationem, nòn temporis, nec ordinis, quo in codice exaratæ ſunt: promiſcuæ ſcilicet exſtant in codice; nec ſunt, ſaltem in plerisque, notæ chronologicæ, quibus ad tempus ſuum revocari poſſint. Primum locum obtinent Chartæ, quæ ad eccleſias cathedrales; alterum, quæ ad monaſteria; tertium, quæ ad rem civilem pertinent.

LAUDAVIT Opus noſtrum, ſuoque dignatus eſt patrocinio Vir illuſtriſſimus D.D. ORRY regni ex Miniſtris unus, reique ærariæ tunc Præpoſitus Generalis, qui Regis erga Literas munificentiſſimi obſequens genio, munificus ipſe ſubſidium impendit, quo typis mandaretur. Cujus in locum ubi ſuffectus eſt, Vir ex omni parte illuſtriſſimus, D.D. DE MACHAULT; non benignè minùs nos excepit: ſtatimque juſſit, ipſo favente, opus abſolvi, quod alio fuerat auſpice inchoatum.

MONITUM.

ETSI conſcius mihi ſim, ſingularem me diligentiam adhibuiſſe, in relegendis, ut aiunt, typicis ſpeciminibus; nonnulla tamen irrepſerunt menda; quæ, ubi occurrunt, manu ſingulatim corrigere ſatiùs viſum fuit, quàm collecta in unum vel præfigere operi, vel ad calcem ſubnectere.

APPROBATIO

APPROBATIO.

ILLUSTRISSIMI D.D. Franciæ CANCELLARII juſſu, legi Opus, cui titulus: *Alphabetum Tironianum, ſeu Notas Tironis explicandi Methodus, cum pluribus Ludovici Pii Chartis*, &c. *Labore & ſtudio D. Carpentier*, nec in illo opere ad Rem diplomaticam, & ad hiſtoriam tam Eccleſiaſticam quàm Civilem utile, quicquam reperi quominus typis mandetur. DATUM Pariſiis, die quartâ Auguſti, anni M. D C C. X L V I.

SECOUSSE.


PRIVILEGE DU ROI.

LOUIS, PAR LA GRACE DE DIEU, ROI DE FRANCE ET DE NAVARRE. A nos amés & féaux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de ootre Hôtel, Grand'Conſeil, Prévôt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils & autres nos Juſticiers qu'il appartiendra, SALUT. Notre amé HIPPOLYTE-LOUIS GUERIN, Libraire à Paris, Nous a fait expoſer qu'il deſireroit faire imprimer & donner au public un Ouvrage qui a pour titre: *Alphabetum Tironianum, ſeu Notas Tironis explicandi Methodus, cum pluribus Ludovici Pii Chartis*, &c. *par le Sieur Carpentier*, s'il Nous plaiſoit de lui accorder nos Lettres de Permiſſion pour ce néceſſaires. A CES CAUSES, voulant favorablement traiter l'expoſant, Nous lui avons permis & permettons par ces Préſentes de faire imprimer ledit ouvrage en un ou pluſieurs volumes, & autant de fois que bon lui ſemblera, & de les vendre, faire vendre, & débiter par tout notre Royaume pendant le tems de trois années conſécutives, à compter du jour de la dare des Préſentes. Faiſons défenſes à tous Libraires, Imprimeurs, & autres perſonnes, de quelque qualité & conditioo qu'elles ſoient, d'en introduire d'impreſſion étrangère dans aucun lieu de notre obéiſſance. A la charge que ces Préſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le regiſtre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris dans trois mois de la date d'icelles; que l'impreſſion dudit Ouvrage ſera faite dans notre Royaume & non ailleurs, en bon papier & beaux caractères, conformément à la feuille imprimée attachée pour modèle ſous le contre ſcel des Préſentes; que l'impétrant ſe conformera en tout aux Réglemens de la Librairie, & notamment à celui du 10. Avril 1725. qu'avant que de l'expoſer en vente, le manuſcrit qui aura ſervi de copie à l'impreſſion dudit Ouvrage, ſera remis dans le même état où l'approbation y a été donnée, ès mains de notre très-cher & féal Chevalier le ſieur DAGUESSEAU, Chancelier de France, Commandeur de nos ordres: & qu'il en ſera enſuite remis deux exemplaires dans notre bibliotheque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, & un dans celle de notredit très-cher & féal Chevalier le ſieur DAGUESSEAU Chancelier de France; le tout à peine de nullité des Préſentes. Do contenu deſquelles vous mandons & enjoignons de faire jouir ledit expoſant ou ſes ayant cauſes pleinement & paiſiblement, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons qu'à la copie des Préſentes, qui ſera imprimée tout au long au commencement ou à la fin dudit Ouvrage, ſoi ſoit ajoûtée comme à l'original. Commandons au premier notre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, de faire pour l'exécution d'icelles tous actes requis & néceſſaires, ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant clamenr de haro, charte Normande, & Lettres à ce contraires: CAR TEL EST NOTRE PLAISIR. Donné à Fontainebleau le huitiéme jour du mois de Novembre l'an de grace mil ſept cens quarante-ſix, & de notre regne le trente-deuxiéme. Par le Roi en ſon Conſeil. *Signé* SAINSON.

Regiſtré ſur le Regiſtre Onze de la Chambre Royale des Libraires & Imprimeurs de Paris, N°. 710. *fol.* 627. *conformément aux anciens Réglemens confirmés par celui du* 28. *Février* 1723. *A Paris, le* 18. *Novembre* 1746. VINCENT. *Syndic.*

ALPHABETUM TIRONIANUM.

ALPHABETUM TIRONIANUM.



ALPHABETUM TIRONIANUM.

L. M.	M. N. O.	O. P.	P. Q. R.	R. S.	S. T. V.
Lapsus.	Mittam.	Tertia Nota. Oblationibus.	Priscorum.	Reddat.	Scandalum.
Legibus.	Mordentes.	Obtinuit.	Probamenta.	Regnum.	Scientiæ.
Librationis.	Mutare.	Occursum.	Prodigium.	Religiosorum.	Securus.
Licentiam.	N	Oculus.	Projiciatis.	Remedium.	Siccum.
Linguam.	Prima Nota. Neustriæ.	Omnium.	Publicus.	Remuneratio.	Signa.
Locis.	Noctes.	Opem.	Pudoris.	Renuntiare.	Sollicita.
Loqui.	Nolite.	Oppressos.	Pueri.	Res.	Suave.
Secunda Nota. Laus.	Nos.	Opprobriis.	Pulvis.	Reverentiam.	T
Libido.	Notum.	Oratio.	Purgare.	Rex.	Prima Nota. Teloneum.
Luna.	Secunda Nota. Nomen.	Quarta Nota. Obsequium.	Purum.	Ritibus.	Tenere.
Luto.	Noster.	Observantia.	Puto.	Rogati.	Terminos.
Tertia Nota. Labor.	Notitiam.	Occides.	Tertia Nota. Paradisum.	Secunda Nota. Raros.	Terror.
Languoris.	Nuntios.	Occultus.	Pauperes.	Recordationis.	Tertiam.
Liber.	Tertia Nota. Natus.	Occupare.	Personarum.	Rectam.	Testante.
Ligna.	Nefas.	Octava.	Philosophum.	Rectores.	Tolerare.
Lingent.	Nescio.	Ore.	Piscis.	Recurrere.	Traditionem.
Litem.	Nihil.	P	Possessiones.	Rejiciant.	Tremor.
Quarta Nota. Libertatem.	Quarta Nota. Narratio.	Prima Nota. Pacem.	Præclarissimi.	Remissiores.	Tribunal.
Libertinitatis.	Naufragium.	Parere.	Præsumat.	Reperiam.	Tributo.
Longum.	Navibus.	Pater.	Presbyteri.	Repetitionem.	Secunda Nota. Tacere.
Luce.	Necessitas.	Pauli.	Prosperitatem.	Repleta.	Tecum.
M	Negare.	Pectore.	Psalmus.	Reprehendi.	Temporalia.
Prima Nota. Mandatum.	Negotiis.	Peregrinamur.	Q	Reputas.	Tempus.
Memoriæ.	Nemo.	Placuit.	Prima Nota. Quantitate.	Requiescit.	Tenebris.
Mensuraret.	Nobiles.	Prœliandi.	Qui.	Retardat.	Terrena.
Mentis.	Nociva.	Processe.	Quia.	Ridentes.	Testimonium.
Mercedis.	Novis.	Præjudicium.	Quod.	Rivos.	Tota.
Molesta.	Nutrirent.	Profectio.	Secunda Nota. Quæstio.	Roboretur.	Totius.
Secunda Nota. Magnifici.	O	Professio.	Qualitate.	Rubrum.	Tribulatis.
Majore.	Prima Nota. Obedientiam.	Promittitur.	Quæsti.	S	Tribus.
Masculus.	Oblitus.	Providentia.	Quibus.	Prima Nota. Sacramenta.	Tunicam.
Minimum.	Obnoxium.	Puellæ.	Quoniam.	Sæculum.	Tertia Nota. Tabernaculo.
Ministerium.	Obsecro.	Secunda Nota. Parentum.	Tertia Nota. Quando.	Salvator.	Tam.
Minore.	Occasione.	Peccatorum.	Quicquam.	Sanctus.	Tendat.
Minuere.	Officiis.	Pedibus.	Quiescere.	Secundum.	Tentet.
Mos.	Omnes.	Periculum.	Quin.	Senioribus.	V
Movere.	Onus.	Perjurium.	Quarta Nota. Quævirivise.	Servitium.	Prima Nota. Veritas.
Tertia Nota. Manens.	Operari.	Petitionibus.	Quinta Nota. Quæ.	Silere.	Vestigium.
Mansus.	Oportet.	Petri.	Quindecim.	Silva.	Vigilare.
Maris.	Opportuna.	Pictus.	Quoque.	Sponsus.	Vigorem.
Monachis.	Orbe.	Piscatoria.	Sexta Nota. Quam.	Stabilitatem.	Voluntate.
Monasterium.	Ordo.	Plumbum.	Quid.	Stant.	Vota.
Montes.	Ostendit.	Pœnitentia.	Quippe.	Studium.	Urbis.
Morem.	Otium.	Pondus.	R	Subscribere.	Uror.
Mortalibus.	Secunda Nota. Obscurabat.	Potens.	Prima Nota. Raptoribus.	Subtraheret.	Secunda Nota. Vanitas.
Mundare.	Odie.	Precibus.	Ratio.	Suggessit.	Venerabilis.
Muneris.	Optimum.	Principia.	Recipiat.	Supereminere.	Vicarios.
Quarta Nota. Meritis.	Ornavit.	Priorem.	Recondere.	Secunda Nota. Sacerdotium.	Virtutes.

Digitized by Google

ALPHABETUM TIRONIANUM.

V.	V.	U. V.	V. U.	U. X.	Y. Z.
Viros.	Venditur.	Unusquisque	Verticem.	Usquam.	Nulla mihi occurrit nota
Vitam.	Verbera.	Vocabulo.	Vertitur.	X	ad designandam litteram Y.
Vivere.	Verbo.	Vocantur.	Ullam.	Xanctipus.	Z
Tertia Nota. Varietas.	Viduas.	Utilitatem.	Umbras.	Xenium.	Zabulon.
Vehementia.	Vinculum.	Quarta Nota. Venire.	Universo.	Xenocrates.	Zelavi.
Velle.	Virginibus.	Versantes.	Uror.	Xenon.	Zona.

NOTÆ TERMINATIONUM.

Ut brevitati ſtudeam; terminatione, quæ puncto in qualibet declinatione notatur, exprimendâ abſtineo. Noſſe lectori ſufficiat Nominativum ſic deſignari.

TERMINATIONES

In A. Æ.	Æ. AM. AR. AS.	AS. AX. E.	E. EM.	EM. ENS. ER. ES.	ES. EX. I.
Prima Nota. Causa.	Reservatæ.	Voluntas.	Sexta Nota. Altare.	Tertia Nota. Aerem.	Tertia Nota. Homines.
Concupiscentia.	Restitutæ.	Secunda Nota. Brevitas.	Corpore.	Cinerem.	Imagines.
Gratia.	Tertia Nota. Apertæ.	Cellulas.	Graviore.	Morem.	Multitudines.
Opera.	Conservatæ.	Fidelitas.	Jure.	Pulverem.	Participes.
Præmia.	Ortæ.	Margaritas.	Libere.	Quarta Nota. Ardorem.	Rapaces.
Providentia.	Perfectæ.	Paratas.	Pectore.	Amorem.	Quarta Nota Preces.
Divina.	Quarta Nota. Obedientiæ	Sanitas.	Septima Nota. Beatiore.	Celsiorem.	Quinta Nota Memores.
Nostra.	Nequitiæ.	Tertia Nota. Inimicitias.	Furore.	Errorem.	Plures.
Propria.	Potentiæ.	Mundas.	Honore.	Superiorem.	Res.
Secunda Nota. Cuncta.	Scientiæ.	Pecunias.	Majore.	Timorem.	Sexta Nota Fundatores.
Cura.	Quinta Nota. Immundæ	Provincias.	Pudore.	Quinta Nota. Amatorem	Sapientiores.
Facta.	Sexta Nota. Pravæ.	Silvas.	Tempore.	Auctorem.	Septima Nota. Adjutores.
Statuta.	Septima Nota. Piæ.	In AX.	Octava Nota. Comite.	Peccatorem.	Imitatores.
Vota.	In AM.	Nota. Pax.	Ferente.	Sexta Nota Cupiditatem	Negotiatores.
Tertia Nota. Nociva.	Prima Nota. Desidiam.	Verax.	Morte.	Libertatem.	Rectores.
Octava.	Jacturam.	In E.	Nocte.	Facultatem.	In EX.
Parva.	Justitiam.	Prima Nota. Ione.	Parte.	Majestatem.	Nota. Grex.
Quarta Nota. Eleemosyna.	Sacram.	Immobile.	Triste.	Potestatem.	Judex.
Femina.	Scripturam.	Leve.	Nona Nota. Cupiditate	Sinceritatem.	Lex.
Superna.	Veniam.	Principe.	Dignitate.	In ENS.	Rex.
Quinta Nota. Amplissima	Secunda Nota. Animam.	Suave.	Opportunitate.	Nota. Sapiens.	Sar.
Plenissima.	Justam.	Venerabile.	Decima Nota. Auxiliante	In ER.	In I.
Sexta Nota. Breviora.	Liberam.	Secunda Nota. Cinere.	Dispensante.	Nota. Passer.	Prima Nota. Animi.
Munera.	Veram.	Genere.	Ordinante.	In ES.	Consenti.
Potiora.	Tertia Nota. Beatam.	Itinere.	Suffragante.	Prima Nota. Civitates.	Episcopi
Tempora.	Factam.	Opere.	Testante.	Comedentes.	Fratri.
Verbera.	Necessariam.	Tertia Nota. Homine.	In EM.	Fontes.	Liberi.
In Æ.	Rectam.	Inquietudine.	Prima Nota. Confusionem	Servientes.	Ministerii.
Prima Nota. Ecclesiæ.	Vitam.	Mansuetudine.	Aurem.	Secunda Nota. Communes	Presbyteri.
Lacrymæ.	Quarta Nota. Clementiam	Sermone.	Opem.	Dies.	Ventri.
Litteræ.	Licentiam.	Quarta Nota. Mutatione	Parem.	Infideles.	Voluntati.
Malitiæ.	Patientiam.	Perfectione.	Perturbationem	Fames.	Secunda Nota. Augusti.
Memoriæ.	In AR.	Subjectione.	Sermonem.	Necessitates.	Christi.
Puellæ.	Nota. Exemplar.	Visione.	Talem.	Requies.	Mandati.
Secunda Nota. Vitæ.	In AS.	Quinta Nota. Corde.	Vestem.	Species.	Repleti.
Prædictæ.	Prima Nota. Veritas.	Fide.	Secunda Nota. Decem.	Utilitates.	Sancti.

ALPHABETUM TIRONIANUM.

In I. IM. IS.

Serenitati.
Tertia Nota. Communi.
Dei.
Fidei.
Martini.
Publicani.
Quarta Nota. Clerici.
Fisci.
Loci
Multiplici.
Veloci.
Quinta Nota. Gravi.
Octavi.
Sexta Nota. Amarissimi
Piissimi.
Septima Nota. Existimati
Amatori.
Peccatori.
Octava Nota. Adulteri.
Celeri.
Pueri.
Nona Nota. Amori.
Corpori.
Timori.
Decima Nota. Aspiranti.
Loquenti.
Potenti.
Praesenti.

In IM.

Nota. Interim.
Olim.
Partim.
Quindecim.
Vim.

In IS.

Prima Nota. Caritatis.
Necessitatis.
Pietatis.

IS. O.

Veritatis.
Secunda Nota. Curis.
Gestis.
Ignis.
Labiis.
Ministeriis.
Panis.
Plebis.
Viariis.
Tertia Nota. Cordis.
Culminis.
Factis.
Molestissimis.
Praeceptis.
Sermonis.
Virtutis.
Quarta Nota. Dilectionis
Imperatoris.
Muneris.
Operis.
Praeceptionis.
Religionis.
Salvatoris.
Quinta Nota. Confessoris
Corporis.
Languoris.
Pudoris.
Squaloris.
Terroris.
Sexta Nota. Corporalis
Humeris.

In O.

Prima Nota. Comendatio
Domicilio.
Judicio.
Mundo.
Oratio.
Palatio.

O. OR. OS.

Passio.
Servitio.
Vitio.
Secunda Nota. Adversario.
Altitudo.
Bono.
Libido.
Professio.
Quaestio.
Scrutinio.
Verbo.
Tertia Nota. Firmissimo
Limo.
Quarta Nota. Adultero.
Puero.
Quinta Nota. Dilecto.
Multo.
Tanto.
Voto.

In OR.

Prima Nota. Actor.
Confessor.
Defensor.
Loquitor.
Rector.
Vehementior.
Secunda Nota. Amator.
Emptor.
Genitor.
Procurator.
Violator.

In OS.

Nota. Beatos.
Campos.
Discipulos.
Inimicos.
Mos.
Oppressor.

OS. OX. U. UM.

Terminos.
Viros.

In OX.

Nota Nox.

In U.

Prima Nota. Cursu.
Conventu.
Cornu.
Lapsu.
Secunda Nota. Affectu.
Consultu.
Spiritu.
Velatu.

In UM.

Prima Nota. Apostolum
Canonum
Caelum.
Exemplum.
Pallium.
Principum.
Sacrum.
Secunda Nota. Amarissimum
Baptismum.
Minimum.
Optimum.
Proximum.
Summum.
Tertia Nota. Desiderium
Pariarium.
Quarta Nota. Abbatum.
Dictum.
Mandatum.
Praesidium.
Sacerdotum.
Virtutum.
Quinta Nota. Consilium
Fidelium.
Mirabilium.

UM. US.

Nobilium.
Visibilium.
Sexta Nota. Malignantium
Operantium.
Septima Nota. Canonum
Fluminum.
Peccaminum.
Redituum.
Virginum.
Octava Nota. Aquarum
Curarum.
Lacrymarum
Prophetarum
Puellarum.
Terrarum.
Villarum.
Nona Nota. Canonicorum
Malorum.
Oculorum.
Pauperum.
Successorum.
Decima Nota. Dimissorum
Mandatorum
Sanctorum.
Servientorum.

In US.

Prima Nota. Deus.
Ecclesiasticus.
Manus.
Reus.
Secunda Nota. Constitutus
Concautus.
Portus.
Provectus.
Tertia Nota. Attentius.
Infelicius.
Quarta Nota. Amabilius
Certius.

US.

Deterius.
Diligentius.
Gravius.
Liberius.
Securius.
Quinta Nota. Serenissimus.
Sexta Nota. Levibus.
Omnibus.
Praesentibus.
Proceribus.
Profectibus.
Virtutibus.
Septima Nota. Saecularibus.
Octava Nota. Absentibus.
Insipientibus.
Pertinentibus.
Nona Nota. Accusationibus.
Cultoribus.
Datoribus.
Debitoribus.
Oblationibus.
Orationibus.
Raptoribus.
Decima Nota. Communibus.
Criminibus.
Fluminibus.
Hominibus.
Virginibus.
Undecima Nota. Facilibus.
Fidelibus.
Gentibus.
Mirabilibus.
Duodecima Nota. Junioribus.
Largioribus.
Senioribus.
Successoribus.
Uxoribus.

Digitized by Google

ALPHABETUM TIRONIANUM.

Notæ quibus Verborum modi diſtinguntur.

INDICATIVUS MODUS.

Act. PRÆSENS. Paſſ.

Sing.

Puto. — Admiror.
Suſtineo. — Glorior.
Video. — Intueor.
Confido. — Confundor.
Erubeſco. — Mentior.
Statuo.
Venio.
Reputas. — Dominaris.
Vocas. — Gloriaris.
Debes. — Loqueris.
Agis.
Geris.
Commemorat. — Mandatur.
Invitat. — Miſeretur.
Obſcurat. — Aſſumitur.
Placet. — Fruitur.
Aſcendit. — Sequitur.
Poteſt.

Pl.

Irrogamus. — Damnamur.
Videmus. — Arguimur.
Capimus. — Conſtringimur.
Poſſumus. — Iraſcimur.
Volumus.
Habetis. — Suſpicamini.
Affertis. — Convertimini.
Facitis.
Amant. — Donantur.
Salutant. — Contemnuntur.
Spectant. — Patiuntur.
Rident. — Promittuntur.
Suſtinent.
Capiunt.
Faciunt.
Pertimeſcunt.
Sentiunt.

IMPERFECTUM.

Sing.

Optabam. — Exercitabar.
Credebam. — Perſequebar.
Requirebam.
Exaudiebas. — Damnabaris.
Videbare.
Recuſabat. — Dabatur.
Oportebat. — Continebatur.
Quærebat. — Exigebatur.
Sentiebat. — Expetebatur.
Poterat.

IMPERFECTUM.

Act. Paſſ.

Pl.

Rogabamus. — Amabamur.
Optabatis. — Requirebamini.
Ordinabant. — Promovebantur.
Reſpirabant. — Tenebantur.
Diſcurrebant. — Agebantur.

PERFECTUM.

Sing.

Firmavi.
Accepi.
Expandi.
Feci.
Novi.
Pelii.
Sitivi.
Memini.
Exaltaſti.
Putaſti.
Docuiſti.
Percepiſti.
Voluiſti. (et)
Mandavit.
Obtinuit.
Fecit.
Dejecit.
Audivit.

Ut nomina quæ terminantur in *us*.

Pl.

Prophetavimus.
Debuimus.
Accepimus.
Ejecimus.
Dediſtis.
Viſitaſtis.
Veniſtis.
Rogaverunt.
Adhæſerunt.
Deliquerunt.
Dixerunt.
Obtulerunt.
Retulerunt.

Ut nomina quæ terminantur in *i*.

PLUSQUAM PERFECTUM.

Sing.

Confirmaveram.
Rogaveras.
Penetraverat.
Crediderat.
Abſtulerat.
Interfecerat.
Venerat.

Pl.

Optaveramus.
Conceperamus.

Ut nomina quæ terminantur in *us*.

Ut nomina

PLUSQUAM PERFECTUM.

Act. Paſſ.

Vocaveratis.
Dederant.
Tenuerant.
Amiſerant.

quæ terminantur in *i*.

FUTURUM.

Sing.

Narrabo. — Mirabor.
Docebo. — Movebor.
Videbo. — Confundar.
Mittam. — Loquar.
Reperiam.
Potero.
Demonſtrabis. — Vocaberis.
Deduces. — Egredieris.
Dices. — Iraſceris.
Offeres. — Pateris.
Invenias.
Poteris.
Amabit. — Mitigabitur.
Dabit. — Propitiabitur.
Erubeſcet. — Ponetur.
Evadet.
Veniet.
Proderit.

Pl.

Latebimus. — Lætabimur.
Præbebimus. — Replebimur.
Dicemus. — Corripiemur.
Sumemus.
Cadetis. — Moriemini.
Flebunt. — Conſolabuntur.
Ibunt. — Negabuntur.
Manebunt.
Poſſidebunt.
Cadent.
Reſpuent.
Fugient.
Poterunt.

IMPERATIVUS MODUS.

PRÆSENS.

Sing.

Da. — Precare.
Sana. — Remunerare.
Probe. — Intuere.
Benedic. (et) — Miſerere.
Crede.
Deduc.
Fac.
Relinque.
Audi.
Noli.

NAPOLI

ALPHABETUM TIRONIANUM.

IMPERATIVUS MODUS.

Sing. Act. PRÆSENS. Paſſ.

3. Perſ. Speret.
Pl. Habeat. | Feriatur.
1. Perſ. Ut in Subjonctivo.
Cognoscite. | Persequimini.
Facite.
Nolite.
Venite.
3. Perſ. Ut in Subjonctivo.

FUTURUM.

Sing. Habeto.
Scito.
Pl. Scitote.
Ut nomina quæ terminantur in OR.

SUBJONCTIVUS MODUS.

PRÆSENS.

Sing. Cantem. | Refrigerer.
Abeam. | Infigar.
Exponam. | Protegar.
Requiram.
Possim.
Ores. | Indigneris.
Putes. | Patiaris.
Debeas. | Perfruaris.
Sileas.
Avertas.
Curet. | Roboretur.
Præbeat. | Promoveatur.
Corrumpat. | Consequatur.
Pergat.
Possit.
Pl. Depegemus. | Mereamur.
Possimus. | Patiamur.
Sentiamus.
Observetis. | Judicemini.
Teneatis.
Mittatis.
Negligatis.
Consecrent. | Amentur.
Exaltent. | Eradicentur.
Relaxent. | Mitigentur.
Contendant. | Gerantur.
Sentiant. | Feriantur.

IMPERFECTUM.

Sing. Clamarem.
Viderem.
Cognoscerem.
Possem.
Ut nomina quæ terminantur in er.
Pertransires. | Egredereris.
Faceres.
Custodires.

IMPERFECTUM.

OMnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, vicariis, centenariis, telonеariis, actionariis, vel omnibus rempublicam adminiſtrantibus, ſen cæteris fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris tam præſentibus quam & futuris. Notum ſit quia vir venerabilis Jonas Nivernenſis eccleſiæ vocatos epiſcopus poſtulavit ſerenitatem noſtram ut eccleſiæ cui præeſt & congregationi ibidem Deo famulanti teloneum de duabus navibus quæ per Ligeris flumen, Elarium, Carum, Ledum, Sartam, Medianam, vel per cætera flumina infra imperium noſtrum propter ſal & cætera neceſſaria ipſius eccleſiæ diſcurrebant in eleemoſyna noſtra concederemus. Cujos precibus ob amorem Dei & reverentiam ipſius ſancti loci libenter adquievimus, & beneficium quod nobis poſtulavit eidem eccleſiæ per hanc noſtram auctoritatem conceſſimus: unde jubemus atque præcipimus ut videlicet naves ſive quæ (per) fluvium Ligeris, vel per cætera ſupramemorata flumina infra ditionem imperii noſtri ob utilitatem & neceſſitatem præfatæ eccleſiæ ejuſque congregationis ibidem deſervientis diſcurrunt ad quaſcumque civitates, caſtella, aut portus, vel cætera loca acceſſum habuerint, nemo fidelium noſtrorum, nec quiſlibet exactor judiciariæ poteſtatis, necnon & quilibet telonarius de his, aut hominibus qui eas provident, ullum teloneum, aut ripaticum, & cætera.

CHARTA VI.

Auctoritas ut omnes qui de locis Dei habent beneficia nonas perſolvant.

NOverit utilitas fidelium noſtrorum, comitum videlicet & vaſſallorum noſtrorum ſeu & vicariorum; centenariorumque vel miſſorum per imperium à Deo nobis collatum diſcurrentium quia vir venerabilis ille illius eccleſiæ archiepiſcopus & abbas monaſterii...... obtulit obtutibus noſtris quandam præceptionem Domini & genitoris noſtri bonæ memoriæ Karoli piiſſimi Auguſti in qua continebatur ab eo conſtitutum ut quicumqoe fidelium ſuorum de epiſcopatu eccleſiæ illius, ant monaſterii illius beneficia habebant, nonas & decimas, vel cenſum eidem eccleſiæ aut monaſterio annis ſingulis de eiſdem beneficiis dare non negligerent, & (ad) ædificia ipſius eccleſiæ reſtauranda juxta vires opem ferrent. Poſtulavit etiam nobis....... prædictus epiſcopus aut abbas ut eamdem præceptionem Domini & genitoris noſtri noſtra confirmaremus auctoritate; quod & nos

libenti

CHARTA VII.

Fol 75 r° lin. 13 med.

libenti animo precibus ejus annuentes feciſſe atque confirmaſſe noſtrorum omnium fidelium ſciat prudentia. Præcipientes ergo jubemus ut omnes quicumque ex largitione noſtra de rebus præfatæ eccleſiæ beneficia habetis, nonas & decimas vel cenſus annis ſingulis exinde illi epiſcopo aut abbati & miſſis ſeu ſucceſſoribus ſuis abſque ulla contrarietate & negligentia dare non negligatis, ad domos ipſius eccleſiæ reſtaurandas unuſquiſque pro viribus ſuis adjutorium ferre non differat, & nullus, qui beneficium de rebus præfatæ eccleſiæ vel monaſterii habet, contra hoc juſſionis noſtræ præceptum facere præſumat, ſed in omnibus libenti animo obſervet, ſicut à nobis juſſum eſt, & ſicut Dei & noſtram gratiam, vel ipſum beneficium habere vult. Et ut......

CHARTA VII.


Confirmatio Conſtitutionis alicujus de rebus eccleſiæ quas Prælatus aut ad habitationes faciendas, aut ad..... commendat.

CUm petitionibus ſacerdotum, & cætera. Proinde notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris præſentibus videlicet & futuris, quia vir venerabilis ille illius urbis epiſcopus adiens ſerenitatem noſtram obtulit nobis quandam conſtitutionem à ſe per licentiam domini & genitoris noſtri bonæ memoriæ Karoli piiſſimi Auguſti factam, in qua continebatur eo quod tempore, quo paſtoralem præfatæ civitatis ſuſcepit curam, ordinem canonicum prorſus deſtitutum, & ædificia in quibus epiſcopi & canonici jamdiu habitaverant per deſidiam prædeceſſorum ſuorum funditus diruta & pene ad nihilum redacta inveniſſet: ſed ſuffragante ſibi divina gratia, ac domino & genitore noſtro opem ferente, & ordini canonico & ædificiis neceſſariis eidem ad Dei ſervitium peragendum exornaviſſet locum. Continebatur etiam in eadem conſtitutione quod per licentiam ejuſdem genitoris noſtri canonicis ipſius loci de rebus præfatæ eccleſiæ quaſdam dediſſet villas, necnon & nonas ac decimas de quibuſdam villis quas vaſſalli noſtri de ratione ipſius eccleſiæ per noſtræ largitionis beneficium habuerant; è quibus omnibus ſtipendia, quibus indigebant, ſufficienter habentes, poſtpoſita totius neceſſitatis excuſatione, & canonicum ordinem religioſe cuſtodire, & Deo inſtanter in eodem loco poſſint deſervire. Poſtulavit etiam nobis ut hæc conſtitutio quam propter amorem Dei & eleemoſynam domini & genitoris noſtri ac noſtram conſtituerat, ob firmitatis cauſam noſtra imperiali confirmaretur clementia. Cujus petitioni, quia juſta & ratione plena eſt, nobis adſenſum præbere & eamdem conſtitutionem noſtra auctoritate placuit confirmare. Idcirco volumus & per hanc noſtram auctoritatem præcipimus ut villæ & nonæ ac decimæ, ſicut ab eodem illo epiſcopo conſtitutæ ſunt, ita deinceps noſtris & futuris temporibus eiſdem canonicis ſtipendiariæ, diſponente atque perordinante epiſcopo qui præfatæ ſedi præfuerit, exiſtant, & numerus canonicorum qui ab eo loco conſtitutus eſt, à ſucceſſoribuſque ejus ſemper plene ſtatuatur & conſervetur. Sed & nullus quibuſlibet ex ſucceſſoribus ejus eaſdem villas & nonas ac decimas in beneficium alicui dare, aut de ſtipendiis eorum canonicorum penitus auferre præſumat; ſed ſicut in eadem conſtitutione, ſicut ab illo conſtitutæ, & à nobis confirmatæ ſunt, per diuturna tempora inviolabiliter & inconvulſe perſiſtere ſinat. Si vero alicujus ſucceſſorum ejus animo ſederit,




CHARTA VIII.

Fol. 8. v° lin. 11.



CHARTA IX.

Fol. 78. v° lin. 17.



ut & numerum canonicorum mutare & alias res illis ſuperaddere voluerit, in ſuo jure & poteſtate, ſalva diminutione redditunm, id faciendi permaneat.

CHARTA VIII.

Immunitas Domini Ludovici.


SI erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei ejuſque in eiſdem locis ſibi famulantibus beneficia potiora largimur, præmium apud Dominum æternæ remunerationis nobis rependi non diffidimus. Igitur notum eſſe volumus cunctis fidelibus noſtris præſentibus ſcilicet & futuris, quia venerabilis vir ille eccleſiæ quæ eſt conſtructa in honore ſanctæ Mariæ ſemper Virginis in loco qui dicitur illo, miſſa petitione deprecatus eſt nos ut prædictam ſedem cum omnibus ad ſe juſte & legaliter moderno tempore pertinentibus vel aſpicientibus ſub noſtra protectione & immunitatis defenſione cum rebus & manſis conſtitueremus, quod ita feciſſe omnium fidelium noſtrorum cognoſcat induſtria. Præcipientes ergo jubemus ut nullus judex publicus vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate in eccleſias, aut loca, vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones memoratæ eccleſiæ quas moderno tempore infra ditionem imperii noſtri jure poſſidet, vel quæ deinceps in jure ipſius loci voluerit divina pietas augeri ad cauſas judiciario more audiendas vel diſcutiendas, vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius eccleſiæ contra rationis ordinem diſtringendos, nec ullas redibitiones, vel illicitas occaſiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ ſupra memorata ſunt penitus exigere præſumat; ſed liceat memorato epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus res prædictæ eccleſiæ cum omnibus quæ poſſidet quieto ordine poſſidere & noſtro fideliter parere imperio; quidquid vero fiſcus exinde ſperare poterit totum nos pro æterna remuneratione prædictæ eccleſiæ ad ſtipendia pauperum & luminaria concinnanda concedimus ut clericis ad ſanctam ſupradictam eccleſiam degentibus melius delectet pro nobis, conjuge proleque noſtra & totius imperii noſtri (incolumitate) Domini miſericordiam inceſſanter exorare.

CHARTA IX.

CUm petitionibus ſacerdotum juſtis & rationabilibus divini cultus amore favemus, & eas cum Dei adjutorio ad effectum perducimus, ſuperna nos gratia muniri non diffidimus. Proinde comperiat omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum induſtria, quia vir venerabilis ille illius civitatis epiſcopus adiens ſerenitatem culminis noſtri poſtulavit nos ut eum & prædictam ſedem quæ eſt conſtructa in honore ſancti Joannis Baptiſtæ cum omnibus rebus & manſis quæ præſenti tempore juſte & legaliter memorata tenet vel poſſidet eccleſia, ſub noſtra defenſione & immunitatis tuitione conſtitueremus. Cujus petitioni pro divini cultus amore & animæ noſtræ remedio adſenſum præbuimus, & hanc auctoritatem immunitatis noſtræ circa ipſam ſedem fieri decrevimus, per quam præcipimus atque jubemus ut nullus judex publicus, vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate in eccleſias aut loca, vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones quas moderno tempore in quibuſlibet pagis vel territoriis infra ditionem imperii noſtri juſte & legaliter memorata tenet & poſſidet eccleſia vel quæ deinceps ibidem divina


pietas

Digitized by Google




CHARTA X.

Fol. 73. v° lin. 23.



CHARTA XI.

Fol. 75. r° lin. 3.



pietas augeri voluerit ad cauſas judiciario more audiendas vel diſcutiendas, aut freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius eccleſiæ injuſte diſtringendos, nec ullas redibitiones, vel illicitas occaſiones requirendas noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſupra memorata ſunt penitus exigere præſumat: ſed liceat memorato præſuli ſuiſque ſucceſſoribus res prædictæ eccleſiæ quieto ordine poſſidere & noſtro fideliter parere imperio, atque pro incolumitate noſtra, conjugis & prolis, ſeu pro totius imperii noſtri ſtabilitate una cum clero & populo ſibi ſubjecto Domini miſericordiam intentius exorare. Et ut hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus Domino protegente valeat.......

CHARTA X.

Præceptum immunitatis.

CUm petitionibus ſacerdotum juſtis & rationabilibus divini cultus amore favemus, ſuperna nos gratia muniri non dubitamus. Proinde notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ noſtriſque præſentibus ſcilicet & futuris, quia vir venerabilis ille illius urbis epiſcopus dirigens ad nos legationem, miſit quamdam præceptionem auctoritatis domini & genitoris noſtri Caroli bonæ memoriæ piiſſimi Auguſti, in qua continebatur inſertum quod ipſe & avus noſter Pippinus rex & anteceſſores eorum, reges videlicet Francorum, prædictam ſedem, una cum rebus & hominibus ad eam aſpicientibus, propter amorem Dei & reverentiam illius ſancti, in cujus honore conſtat eſſe conſtructam, ſub pleniſſima ſemper defenſione & immunitatis tuitione habuiſſent. Pro firmitatis namque ſtudio petiit celſitudini noſtræ præfatus epiſcopus ut paternum ſeu anteceſſorum noſtrorum morem ſequentes hujuſmodi auctoritatis noſtræ beneficium eidem concederemus vel confirmaremus eccleſiæ. Cujus petitioni pro divino amore libenter adquievimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum circa ipſam ſedem fieri decrevimus, per quod jubemus atque præcipimus......

CHARTA XI.

QUapropter noverit ſagacitas ſeu induſtria omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum; quia vir venerabilis ille illius civitatis epiſcopus obtulit ſerenitati noſtræ quamdam auctoritatem, quam dominus & genitor noſter bonæ memoriæ Karolus ſereniſſimus Auguſtus eccleſiæ cui præeſt fieri juſſit, in qua continebatur quod tempore rebellionis, ab Vaiſario quondam principe Aquitanorum igne ſubmiſſo eadem civitas cremata fuiſſet, & omnia ſtrumenta chartarum quibus præfatæ eccleſiæ à regibus & reginis, vel cæteris catholicis viris res & mancipia collatæ fuerant, non ſolum in eadem urbe, verum etiam in monaſteriis virorum ac puellarum ad eamdem ſedem pertinentibus vel aſpicientibus igni concremata fuiſſent, & idem genitor noſter mercedis cauſa, ſua auctoritate, immo pietate eamdem reparaſſet calamitatem. Pro firmitatis namque ſtudio poſtulavit nobis prædictus epiſcopus ut noſtram auctoritatem circa ipſam ſedem fieri juberemus. Cujus precibus libenter annuimus, & præſentem auctoritatem noſtram firmitatis gratia circa ipſum ſanctum locum fieri decrevimus, per quam jubemus atque præcipimus ut omnes res vel mancipia quæ ante prædictam exuſtionem rectores

Digitized by Google

[illegible] iure [illegible] legali [illegible]
[illegible] frumentu [illegible] abſortu
[illegible]
[illegible] ....

CHARTA XII.

Fol. 74 r° lin. 11.

[illegible]
[illegible] p̄deceſſori [illegible]
rebellionis depopulanab: [illegible] 2. frumentu [illegible]
[illegible] excuſtu q concremata [illegible]
[illegible] frumenat [illegible]
[illegible] predeceſſores [illegible]
[illegible] frumenat [illegible]
[illegible]
Leg. lib. [illegible] Inquietudine [illegible]
[illegible] excuſatione h p̄lcar [illegible] iure [illegible]
[illegible] legali [illegible]
[illegible] ricura [illegible] frumentu [illegible] abſortu [illegible]
[illegible]

præfatæ eccleſiæ jure & legaliter in ditione ipſius tenuerunt vel poſſederunt eccleſiæ, ſic per hanc noſtram auctoritatem firmiter eas teneant atque poſſideant, vel defendant, ſicuti per eadem ſtrumenta, ſi igni abſorta nullatenos fuiſſent, ipſas res vel mancipia legibus teneri, vel defendi potuerant, & nullus quilibet ex fidelibus noſtris ſuper eiſdem rebus vel mancipiis contra ipſam ſedem ejuſque rectores aliquam calumniam aut inquietudinem facere aut generare audeat; ſed, ſicut diximus, per hanc noſtram auctoritatem præfatus ille epiſcopus ſuique ſucceſſores noſtris futuriſque temporibus eaſdem res & mancipia in jure ipſius eccleſiæ teneant atque poſſideant. Et ut hæc auctoritas......

CHARTA XII.

Securitas.

COnſtat nos, divina diſpenſante gratia, cæteris mortalibus ſupereminere, unde oportet ut cujus præcellimus munere, ejus ſtudeamus modis omnibus voluntati parere: nam & his quibus nos ſcimus divinitus præeſſe, debemus in quibuſlibet neceſſitatibus prodeſſe, ut videlicet noſtro fideliter præſentes obſequio noſtram ſibi ſentiant uſquequaque ſuffragari clementiam. Quapropter noverit ſagacitas ſeu induſtria omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum, eo quod vir venerabilis ille illius urbis epiſcopus obtulit ſerenitati noſtræ quamdam auctoritatem, quam dominus & genitor noſter bonæ memoriæ Karolus ſereniſſimus auguſtus, ad petitionem prædeceſſoris ſui illius epiſcopi eccleſiæ cui præeſt fieri juſſit, in qua continebatur quod tempore rebellionis, depopulantibus hoſtibus ignemque ſubmittentibus, quædam ſtrumenta chartarum de quibuſdam villis præfatæ eccleſiæ exuſta vel concremata fuerant, & quod anteceſſorum ſuorum regum videlicet Francorum auctoritates præfatus ille epiſcopus eidem genitori noſtro obtuliſſet, & idem genitor noſter eaſdem auctoritates ſua confirmaſſet auctoritate, & in eiſdem ſtrumentis inſertæ fuiſſent res & mancipia quæ à fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ eidem collatæ fuerant eccleſiæ, per quas etiam auctoritates non ſolum prædeceſſores ſui, rectores videlicet ipſius eccleſiæ, ſed etiam ipſe in poſtmodum res & mancipia quæ in eiſdem ſtrumentis inſerta fuerant, jure eccleſiaſtico legaliter, quiete & ſecure tenuerunt vel poſſederunt. Petiit etiam præfatus venerabilis vir ſerenitatem noſtram ut pro mercedis noſtræ augmento & firmitatis ſtudio paternam auctoritatem hac quoque noſtra firmaremus auctoritate. Nos itaque inſpecta eadem auctoritate domini & genitoris noſtri, libuit nobis ejuſdem venerabilis epiſcopi petitioni adſenſum præbere, & paternæ auctoritati hanc quoque noſtram jungere auctoritatem. Præcipimus ergo atque jubemus per præſentem auctoritatem ut omnes res & mancipia, quæ ex liberalitate fidelium eidem collatæ fuerunt eccleſiæ, noſtris & futuris temporibus per hanc noſtram auctoritatem rectores ipſius eccleſiæ abſque ulla inquietudine vel injuſta interpellatione quiete & ſecure habere vel poſſidere valeant. Quod ſi forte ſuper eiſdem rebus ante præfatam exuſtionem à prælatis ipſius monaſterii jure poſſeſſis quæſtio orta fuerit, ut pro eis in foro diſceptari neceſſe ſit, ita per hanc noſtram auctoritatem eiſdem res & mancipia ipſius eccleſiæ legaliter defendantur, ſicuti per eadem ſtrumenta, ſi igni abſorta nullatenos fuiſſent, legibus defendi potuerant. Hæc

auctoritas

[illegible]

[illegible] . . . .

CHARTA XIII.

Fol. 76 v° lin. 4

[illegible] regnū [illegible]
[illegible] cupeſſendu [illegible]
[illegible] pulſandū [illegible]
[illegible] dicuaſ uberiuſ [illegible] porrigimuſ [illegible]
[illegible] temporalē deducendū [illegible] puenire [illegible]
[illegible]
[illegible] grufionib: [illegible]
[illegible]
[illegible] peculiarē
[illegible]
[illegible] pipini [illegible]
[illegible]
[illegible]
cuſtodiæ [illegible] nuſtriæ burgundiæ [illegible]
[illegible] orcodoxiſ [illegible] conſtrucauſ
[illegible] munimine [illegible] legalē [illegible]
[illegible]
[illegible] Inviolabilē [illegible]
[illegible]
[illegible] uenerauonē [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] legalē [illegible] iure
[illegible]
[illegible]
[illegible] redibitioneſ [illegible]
[illegible]

[illegible]

auctoritas ut noſtris futuriſque temporibus, Domino protegente, valeat inconvulſa manere, manu propria ſubter firmavimus & annuli........

CHARTA XIII.

CUm locis divino cultui mancipatis ob divinæ ſervitutis amorem opem congruam ferimus, & regium morem decenter implemus, & id nobis profuturum ad æternæ remunerationis præmia capeſſenda veraciter credimus. Si petitionibus ſervorum Dei pro quibuſlibet eccleſiaſticis neceſſitatibus aures noſtras pulſantium libenter annuimus & divinæ potentiæ in locis Deo dicatis uberius famulandum auxilium porrigimus, id nobis procul dubio & ad mortalem vitam temporaliter deducendam & ad futuram feliciter obtinendam commodum pervenire confidimus. Notum igitur eſſe volumus cunctis fidelibus noſtris, epiſcopis videlicet, abbatibus, viriſque illuſtribus, ducibus, comitibus, domeſticis, grafionibus, vicariis, centenariis, eorúmque junioribus, necnon miſſis noſtris per univerſum imperium noſtrum diſcurrentibus, ſeu etiam cæteris fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ noſtriſque præſentibus ſcilicet & futuris, quia adiit ſerenitatem culminis noſtri venerabilis vir Fredegiſus abbas ex monaſterio peculiaris patroni noſtri ſancti Martini, ubi ejuſdem præclariſſimi viri venerabile corpus requieſcit, ferens aut geſtans manibus immunitates priſcorum regum Francorum, necnon avi noſtri Pipini quondam regis, ſeu etiam piæ recordationis domini & genitoris noſtri Caroli ſereniſſimi imperatoris, quibus idem monaſterium quiete in Dei ſervitio degere ſanxerunt, & omnes res præfati monaſterii in univerſo, Chriſto largiente, regno, in Auſtria ſcilicet, Niuſtria, Burgundia, Aquitania, Provincia, Italia, & in cæteris regni ſui partibus conſiſtentes, quæ non ſolum ab orthodoxis principibus, verum etiam à cæteris fidelibus collatæ, vel per quoſlibet contractus & munimina chartarum, (uſibus) ejuſdem legaliter traditæ ſunt monaſterii, ſub immunitatis ſuæ defenſione conſiſtere & ab omni publica functione & judiciaria exactione immunes liberaſque reddidiſſent: quod munus eidem monaſterio exhibitum, Deo annuente, inviolabiliter hactenus conſtat eſſe conſervatum. Pro firmitatis namque ſtudio hujuſmodi beneficium erga præfatum venerabile monaſterium noſtra auctoritate humiliter precibus quibus valuit fieri poſtulavit. Cujus petitioni ob amorem Dei & venerationem beatiſſimi Martini libenter aſſenſum præbere nobis uſquequaque libuit. Quapropter volumus atque decernimus ut omnes res ejuſdem monaſterii cum hominibus ſibi ſubjectis ſub noſtræ defenſionis munimine modis omnibus conſiſtant. Præcipientes ergo jubemus atque præcipimus ut nullus judex publicus, aut quilibet ſuperioris aut inferioris ordinis reipublicæ procurator ad cauſas judiciario more audiendas in eccleſias, aut villas ſeu reliquas poſſeſſiones quas moderno tempore in quibuſlibet provinciis aut territoriis imperii noſtri juſte & legaliter tenet, vel deinceps in jure ipſius monaſterii divina pietas voluerit augeri, ingredi præſumat, nec freda, aut tributa, aut manſiones, aut paratas, aut telonea, aut fidejuſſores tollere, aut homines tam ingenuos quam ſervos ſuper terram ipſius monaſterii commanentes diſtringere, nec ullas publicas functiones aut redibitiones, vel illicitas occaſiones requirere; quibus in aliquo idem monaſterium ſibique ſubjecti aliquod injuſte patiantur incommodum, noſtris futuriſque

[illegible]
[illegible] luſ [illegible] cedendū [illegible] h deceſſorib: [illegible]
[illegible]
[illegible] baſilicae [illegible] concinnandæ [illegible] ſuſtentationē [illegible]
[illegible] prūpere
[illegible] audacia [illegible]
[illegible] offenſu [illegible] lapſurū [illegible]
[illegible] nouerit [illegible] multandū [illegible]
[illegible] luſ [illegible] regū deceſſorē [illegible]
[illegible] huiuſcemodi [illegible] temeritatiſ merito [illegible]
[illegible] Incurrat [illegible] dicatur
uſurpaſſe [illegible] temeritate [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] parentes [illegible] pluſ [illegible]
[illegible] gratiſſima [illegible]
[illegible] tepidine [illegible]
[illegible] Iudicii [illegible]
[illegible] .....

CHARTA XIV.

Fol. 72 a et lin.

[illegible]
[illegible] rependi [illegible] ambigimuſ [illegible]
[illegible] ſolleraeie [illegible]
britanniae [illegible] ingilfrid [illegible] baptiſtae
[illegible] ſitā In ſuburbio [illegible] Indicauimuſ [illegible] pdanuſ bainuſ [illegible]
[illegible] dicauit [illegible] clerici [illegible]
[illegible] Innocent [illegible] bainuſ
pſul [illegible] dicauerat [illegible]
[illegible] maſſibileiuſ [illegible]
ſereniſſimi [illegible] baptiſtae abſtructae h diſtructae [illegible]
[illegible] clerici [illegible] dicti [illegible] bainu
pſuliſ [illegible] dinoſcitur
[illegible]

temporibus quiſquam tam temerarius exiſtat qui id faciendi illicitam ſibi poteſtatem attribuere audeat. Quidquid ergo de præfatis ejuſdem monaſterii rebus ad jus fiſci concedendum fuit, & à deceſſoribus noſtris comperimus collatum, & largitionis noſtræ munere libenter volumus eſſe per immenſum eidem monaſterio conceſſum, ut id, remoto fiſci dominatu ad luminaria baſilicæ Martini concinnanda, & ad ſuſtentationem pauperum ſeu clericorum in eodem loco Domino deſervientium ſit ſupplementum. Si quis autem in tantam prorumpere auſus fuerit audaciam, ut hujus præcepti noſtri violator extiterit, quemadmodum in præceptione domini & genitoris noſtri continetur, non ſolum in offenſam noſtram lapſurum, verum etiam ſexcentorum ſolidorum auri ad purum excocti ſe noverit pœna multandum, ex qua duas partes rectores memorati monaſterii, tertiam vero jus fiſci recipiat; dignum namque & juſtum eſt ut tot piorum regum deceſſorum noſtrorum noſtrique præcepti violator hujuſcemodi ſuſtineat pœnam, ut & ſe tantæ temeritatis merito arguiſſe cognoſcat, & cæteris, ne id agere quolibet auſu pertentent, timorem incutiat, ut nullus ſcilicet beneficia regalia locis Deo dicatis veneranter exhibita temerare conetur. Volumus itaque atque cenſemus ut, remota totius judiciariæ poteſtatis inquietudine, quieto ordine memoratus abbas ſuique ſucceſſores res prædicti monaſterii cum hominibus ſibi ſubjectis, vel ad ſe aſpicientibus ſeu pertinentibus hominibus ſub immunitatis atque protectionis noſtræ defenſione conſiſtant, noſtroque fideliter parentes imperio pro incolumitate noſtra ſcilicet & prolis, ſeu etiam totius imperii à Deo nobis collati, ejuſque gratiſſima miſeratione perpetuo conſervandi una cum clero ſibi commiſſo Dei immenſam clementiam jugiter exorent. Si quid vero de venerabilis monaſterii rebus per tepidinem & negligentiam abbatum, aut præſumptionem judicum injuſte abſtractum eſt, id per hanc noſtram auctoritatem prorſus reſtaurandum præcipimus. Et ut hæc auctoritas.

CHARTA XIV.

SI erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei ejuſque in eiſdem locis ſibi famulantibus beneficia debita largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non ambigimus. Idcirco notum fieri volumus omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum ſollertiæ, quia dum eſſet Brittaniæ partibus in Dei ſervitio & noſtro vir venerabilis Ingilfridus abbas ex monaſterio Sancti Johannis Baptiſtæ, quod eſt ſitum in ſuburbio civitatis Andicavinæ, ubi vir præclarus Licinius ejuſdem urbis quondam epiſcopus, qui ipſum monaſterium à fundamento conſtruxit & rebus plurimis ditavit, corpore requieſcit, clerici ejuſdem monaſterii ad noſtram accedentes clementiam innotuerunt celſitudini noſtræ quod de rebus quas idem Licinius præſul eumdem monaſterium ditaverat, quædam res quas hactenus Autulfus quondam comes ad beneficium habuit, quæ ſunt in villa quæ nominatur Maſſiliacus, tempore domini & genitoris noſtri Caroli piæ recordationis ſereniſſimi imperatoris de præfato monaſterio ſancti Johannis Baptiſtæ abſtractæ atque diſtractæ fuiſſent. Propterea vero poſtulaverunt præfati clerici jam dicti monaſterii ut in noſtra eleemoſyna pro reverentia præſcripti Licinii præſulis, necnon & pro illorum ſanctorum in quorum honore idem monaſterium conſtructum eſſe dinoſcitur

prænominatas

CHARTA XV.

Fol. 75. r°. lin. 8. mod.

prænominatas res præſcripto monaſterio reddere juberemus. Nos vero ſuperno munere accenſi pro remedio animæ noſtræ, ùt pius Dominus peccaminum noſtrorum maculas tergere & ſuperno munere adſciſci dignetur, placuit nobis ſupra ſupplicem clericorum poſtulationem exaudire, & prædictas res ſuperius ſcripto monaſterio reddere, atque per hanc noſtræ auctoritatis præceptionem confirmare, ut noſtris futuriſque temporibus in jure & dominatione prænominati monaſterii perpetuo conſiſtant. Pro firmitatis namque ſtudio ſuper iſtius rei factum hanc noſtram auctoritatem fieri placuit, per quam decernimus atque inconvulſe præcipimus ut nullus quilibet fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ atque noſtrorum præſenti, futuriſque temporibus de præſcriptis rebus quas præfatus Autulfus quondam comes ad beneficium habuit, & nos in noſtra eleemoſyna per hanc noſtram auctoritatem ſuperius ſcripto monaſterio reddimus, aliquid abſtrahere aut ipſi monaſterio, ejuſque rectoribus aliquam calumniam, vel etiam interpellationem contra rationis ordinem inferre præſumat, ſed liceat rectoribus atque miniſtris ipſius cœnobii, quidquid de ipſis vel in ipſis rebus pro ſuorum opportunitate & commoditate facere voluerint, libero in omnibus perfrui arbitrio faciendi. Et (ut) hæc noſtræ confirmationis auctoritas perpetuis temporibus inviolabilis conſiſtat & ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris inviolabiliter conſervetur......

CHARTA XV.


Præceptum de Navibus.

OMnibus epiſcopis, abbatibus, & cætera. Notum ſit quia vir venerabilis Adam abbas ex monaſterio Gemetico detulit nobis præceptum domini & genitoris noſtri bonæ memoriæ Karoli ſereniſſimi Auguſti, in quo erat inſertum eo quod ipſe & avus noſter Pipinus quondam rex, ſeu & prædeceſſores eorum, reges videlicet Francorum, per eorum auctoritates conceſſiſſent eidem monaſterio, vel monachis ibidem Deo deſervientibus omne teloneum tam de navibus quam & de carris ſeu de cæteris vehiculis, necnon & de quolibet alio negotio, undecumque fiſcus teloneum exigere poterat (ad integrum eidem conceſſimus monaſterio) & per eaſdem auctoritates hactenus præfatum teloneum rectores ipſius monaſterii & monachi ibidem Deo ſervientes ad integrum habuiſſent conceſſum. Sed pro firmitatis ſtudio poſtulavit nobis idem abbas ut hujuſmodi beneficium circa ipſum monaſterium conferre perecenſeremus. Cujus precibus ob amorem Dei & animæ noſtræ ſalute nobis uſquequaque patere libuit, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum eidem monaſterio fieri juſſimus, per quod jubemus atque præcipimus ut naves, vel carra, ſeu quælibet alia vehicula ad diverſa negotia ipſius monaſterii peragenda & neceſſitates ipſius monaſterii ſublevandas per univerſum imperium noſtrum libere diſcurrant, & nullus judex publicus vel quilibet exactor judiciariæ poteſtatis, aut telonearius de ipſis navibus, & de omnibus quæ ſupra memorata ſunt, undecumque videlicet fiſcus teloneum exigere poteſt, ullum teloneum accipere vel exactare præſumat, & ad quaſcumque civitates, caſtella, aut portus, vel cætera loca ipſæ naves, vel homines eas providentes, vel cæteri negociatores ipſius monaſterii neceſſitates prævidentes acceſſum habuerint, ullum teloneum. Et cætera.

Digitized by Google


CHARTA XVI.

Fol. 125. v°. lin. 13.



CHARTA XVII.

Fol. 85. r°. lin. 3.



CHARTA XVI.

Præceptum de aquæ ductu.

NOtum ſit omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quod Deusdedit venerabilis abbas innotuit celſitudini noſtræ qualiter aquæ ductum feciſſet in Autiſiodoro ad utilitatem monaſterii ſancti Germani aliorumque in eo habitantium, petiitque nos ut ei noſtræ auctoritatis præceptum fieri juberemus ut perpetuis temporibus à quavis prava miniſtratione immunis permanere potuiſſet. Cujus petitioni adſenſum præbuimus & hoc noſtræ auctoritatis præceptum ei fieri juſſimus, per quod præcipimus atque jubemus ut ab ipſis fontibus, à quibus prædictus aquæ ductus inchoatus fuit, uſquedum idipſum ingrediat monaſterium ſancti Germani, nullus eum prohibere, aut aliquo modo morari, vel quidquam quod ei, ad id quod factus eſt, impedimento eſſe poſſit, facere præſumat; ſed ſicut memoratus abbas eumdem aquæ ductum facere diſpoſuit, ita ſine alicujus impedimento inviolabilis noſtris futuriſque temporibus permaneat; & ſi in aliquo loco emendatione opus habuerit, liceat ei abſque ullius contradictione eum emendare. Et ut hæc juſſio noſtra firmior habeatur........

CHARTA XVII.

IMperialem celſitudinem decet prædeceſſorum ſuorum pia facta non ſolum inviolabiliter conſervare, ſed etiam cenſuræ auctoritate alacriter confirmare. Idcirco notum ſit omnium fidelium noſtrorum induſtriæ, quia Vuirontus abbas ex monaſterio Malmundario, necnon & monachi in eiſdem cœnobiis conſiſtentes detulerunt nobis præceptum Hilderici regis, in quo continebatur qualiter vir ſanctus Remachus ſcilicet nomine, qui nunc eodem in monaſterio requieſcit, detuliſſet ei præceptiones Sigiberti regis, in quo inſertum qualiter eaſdem cellulas novo opere conſtruxiſſet, & de ſua foreſte duodecim undique menſuratas ſive quæ infra erant pro divino amore conceſſiſſet. Sed prædictus pater magis diligens quiete Domino ſervire quam tumultuoſa ſæculi fluctuatione perpeti, deprecatus eumdem Hildericum regem ut ſex leugas ei ſubtraheret propter quietudinem monachorum ibi conſiſtentium, & ſex ei per ſuum præceptum confirmaret, atque undique deſignari juberet, ſicut & idem rex libenter facere procuravit, id eſt de monaſterio Malmundario uſque ad ſiccum campum, & de illo loco uſque ad illum, ſicut & per cætera. Hæc omnia per loca denominata atque determinata à prædicto rege, necnon & à ſucceſſoribus ejus ad prædictas cellulas eorum relegendo præceptiones conceſſum atque confirmatum invenimus, ſed pro firmitatis ſtudio petiit prædictus & ejus congregatio ut nos denuo per noſtrum præceptum prædictam foreſtem per loca ſuperius denominata atque deſcripta eiſdem noſtra auctoritate concederemus atque exhiberemus monaſteriis. Quorum petitionibus libenter annuimus, & ut deprecati ſunt per hoc noſtrum præceptum confirmavimus. Præcipientes ergo jubemus ut nullus fidelium noſtrorum de prædicta foreſte, ſicut ſuperius deſcriptum eſſe dinoſcitur, nullam inquietudinem aut infeſtationem, aut contrarietatem partibus prædictis monaſteriis ſuiſque rectoribus facere ullo unquam tempore præſumat; ſed liceat monachis in eiſdem cellulis Deo famulantibus ad proprias ſupplendas neceſſitates, ipſam cum omni integritate perpetuis

temporibus

Digitized by Google

[illegible] capellis [illegible] duplicato capellis [illegible] emolumento [illegible] capellis [illegible] capellis [illegible] ......

CHARTA XVIII.

Fol. 72 v° lin. 21

[illegible] perducamus [illegible] regia [illegible] vicissitudine Imperatori confidimus [illegible] sollertia [illegible] regimine [illegible] auctione [illegible] Immunitatis [illegible] recepissemus [illegible] Infestatione [illegible] liberius [illegible] Vacandeas [illegible] freda [illegible] paraveredas [illegible]

temporibus habere abſque alicujus infeſtatione, aut reſultione, vel diminoratione. Deprecati etiam nos de decimis & capellis ab anteceſſoribus noſtris ſibi conceſſis ex quibuſdam fiſcis noſtris, id eſt de Duriaclo, capellas ſimul cum decimis, ut pro firmitatis ſtudio & animæ noſtræ emolumento, domnorum vel prædeceſſorum noſtrorum, noſtra confirmaremus auctoritate. Quapropter ſicut petierunt, conceſſimus & decemimus ac jubemus ut nemo fidelium noſtrorum de decimis & capellis memoratæ congregationi aliquid contendere aut abſtrahere, vel minuere præſumat, nec ullam contrarietatem aut contentionem inferre tentet, ſed ſicut ab anteceſſoribus & à nobis de memorata foreſte & de jam dictis decimis & capellis conſtat eſſe confirmatum, ita, Domino protegente, per hanc noſtram auctoritatem noſtris & futuris temporibus maneat inconvulſum.

CHARTA XVIII.

Immunitas Monaſterii.

Cum petitionibus ſervorum Dei juſtis & rationabilibus divini cultus amore favemus, & eas cum Dei adjutorio ad effectum perducimus, non ſolum in hoc regiam conſuetudinem exercemus, ſed etiam in hoc tam præſentis nobis vitæ proſperitatem, quam & ad futuram beatitudinem adipiſcendam ſuperni muneris donum nobis à Domino pro hac viciſſitudine impertiri confidimus. Proinde comperiat omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum ſollercia, quia vir venerabilis ille abbas ex monaſterio quod vocatur illud, quod eſt conſtructum in honore illius ſancti, in pago illo, ſuper fluvium illum, adiens ſerenitatem culminis noſtri, poſtulavit nobis ut jam dictum monaſterium, quod in regimine ex noſtra largitione habere videtur, ſub noſtra tuitione atque immunitatis protectione reciperemus, ut remota malignorum hominum infeſtatione, ipſe & fratres ibidem degentes Deo liberius famulari, & pro nobis & totius imperii à Deo nobis commiſſi exorare delectet. Igitur prænominati venerabilis Arnulfi abbatis petitiones noſtra animadverſione dignas judicantes, adſenſum nos præbuiſſe, & aurem noſtræ manſuetudinis accommodaſſe, & prænominatum monaſterium ſub noſtra defenſione, & immunitatis protectione recepiſſe, atque hoc noſtrum manſuetudinis præceptum circa ipſum monaſterium fieri decreviſſe veſtrorum omnium cognoſcat induſtria. Præcipientes ergo jubemus ut nullus judex publicus, neque quiſlibet ex judiciaria poteſtate in eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii quas moderno tempore juſte & rationabiliter poſſidere videtur in quibuſlibet pagis & territoriis, quidquid ibidem propter divinum amorem collatum fuit, quæque etiam deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas judiciario more audiendas atque diſcutiendas, vel freda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, ſeu paravereda, aut fidejuſſores tollendos, nec homines ipſius monaſterii tam ingenuos quam & ſervos qui ſuper terram ipſius reſidere videntur injuſte diſtringendos, nec ullas redhibitiones, aut publicas functiones, vel illicitas occaſiones ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ ſupra memorata ſunt, penitus exactare præſumat; & quidquid de rebus præfati monaſterii fiſcus ſperare poterat, totum nos pro æterna remuneratione prædicto monaſterio concedimus ut perpetuis temporibus in

[illegible]

CHARTA XIX.

Fol. 74. r°. lin. 5.

[illegible]

[illegible] claustra [illegible]

[illegible]

[illegible] In claustra [illegible] castella [illegible]

[illegible] ſepta [illegible] foſſis [illegible]

ſepib: [illegible] cluſuras [illegible]

[illegible] munimenta [illegible] damnū inferendi

[illegible] ſpontanea [illegible] fructa [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] fructa [illegible]

[illegible] multandus [illegible] comunicatus

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] diſpoliare [illegible] plaga [illegible]

[illegible]


alimonia pauperum & ſtipendia monachorum ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum. Et quandoquidem divina vocatione prædictus abbas, vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quandiu ipſi monachi inter ſe tales invenire potuerint, qui ipſam congregationem ſecundum regulam ſancti Benedicti regere valeant, per hanc noſtram auctoritatem & conſenſum, licentiam habeant eligendi abbates, quatenus ipſos ſervos Dei, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis & conjuge, proleque noſtra, & ſtabilitate totius imperii noſtri à Deo nobis commiſſi atque conſervandi jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Propter quod omnino præcipientes jubemus ut res præſcripti monaſterii quas idem prænominatus vir, ſive largitate deceſſorum noſtrorum, regum videlicet Francorum, ſive oblatione cæterorum fidelium præſentialiter obtinet, vel deinceps idem monaſterium divina largiente gratia juſte adipiſci poterit, ſub noſtræ immunitatis protectione, remota procul omni judiciaria poteſtate, ipſe & ſucceſſores ſui teneant atque poſſideant.

CHARTA XIX.

Præceptum ſive immunitas.


OMnibus comitibus, vicariis, centenariis, ſive junioribus veſtris, partibus Provinciæ, Septimaniæ & Aquitaniæ conſiſtentibus. Notum ſit vobis, quia vir venerabilis ille abbas ſuggeſſit atque indicavit quod homines vel famuli memorati monaſterii per diverſa loca conſiſtentes in miniſteriis veſtris multa præjudicia & infeſtationes patiuntur tam à junioribus veſtris quam & ab aliis hominibus, & non poſſunt habere defenſionem per præceptum immunitatis, quod nos eidem monaſterio propter Dei amorem & noſtram eleemoſynam conceſſimus, eo quod vos ſive juniores veſtri dicatis non plus immunitatis nomine complecti quam clauſtra monaſterii; cætera omnia, quamvis ad ipſum monaſterium pertinentia, extra immunitatem eſſe. Propter hoc volumus ut intelligantur non ſolum in clauſtra monaſterii vel eccleſias atque caſticia eccleſiarum immunitatis nomine pertinere; verum etiam domos & villas & ſepta villarum, & piſcatoria manufacta, vel quidquid foſſis vel ſepibus, aut alio cluſarum genere præcingitur, eodem immunitatis nomine contineri, & quidquid intra hujuſmodi munimenta (ad jus) ejuſdem monaſterii pertinentia à quolibet homine nocendi vel damnum inferendi cauſa, ſpontanea voluntate committitur, in hoc facto immunitas fracta judicatur. Quod vero ad agros & campos & ſilvas quæ nulla munitione cinguntur, ſicut fieri ſolet, à quibuſlibet hominibus commiſſum fuerit, quamvis idem ager, aut campus, vel ſilva ad eccleſiam præceptum immunitatis habentem pertineat, non tamen in hoc immunitas fracta judicanda eſt: & ideo non ſexcentorum ſolidorum compoſitione, ſed ſecundum legem quæ in eo loco tenetur, multandus eſt is qui ſcandalum vel damnum in tali loco feciſſe fuerit convictus. Præcipimus vobis ut tam vos ipſi honoretis & obſervetis quam & juniores & miniſteriales veſtri, ut homines & famuli memorati monaſterii in omnibus locis ad veſtra miniſtetia pertinentibus pacem habeant, & eis liceat cum ſecuritate memorato monaſterio deſervire, tam in privatis quam in publicis & communibus locis, neque ullus veſtrum vel juniorum veſtrorum ulterius eos audeat diſpoliare, & vel in fluminibus, vel in plaga maris

percurrentes



CHARTA XX.

Fol. 74. v°. lin. 14.



percurrentes, vel in aliis locis ad præfatum monaſterium pertinentibus diverſas utilitates & ſervitia facientes inſeſtare vel inquirere, vel à debito & injuncto ſibi ſervitio prohibere, vel aliquid contra legem & juſtitiam facere, quia ſi ulterius hoc ad noſtras aures fuerit perlatum, & verum inventum temeratorem hujus noſtri mandati, condigna ſuis factis vindicta condemnari decrevimus. Propterea præcipimus atque jubemus ut taliter exinde agatis, qualiter gratiam noſtram velitis habere.

CHARTA XX.

Præceptum de Navibus.

OMnibus epiſcopis, abbatibus, & cætera, vel omnibus rempublicam adminiſtrantibus, ſeu cæteris fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, & noſtris tam præſentibus quam & futuris. Notum ſit quia vir venerabilis ille illius eccleſiæ archiepiſcopus & abbas monaſterii illius confeſſoris, ubi ipſe corpore requieſcit, quod eſt conſtructum in ſuburbio ipſius civitatis, detulit nobis auctoritatem præceptionis domini & genitoris noſtri bonæ memoriæ Karoli piiſſimi auguſti, in qua continebatur quod avus noſter Pipinus quondam rex, ſeu idem genitor noſter conceſſiſſent eidem monaſterio teloneum de ſex navibus quæ per Ligeris flumen, ſeu cætera flumina propter ſal & cætera commercia diſcurrebant, necnon & de carris & ſagmariis ad neceſſaria ipſius monaſterii, vel congregationis ibidem Deo famulantis deferentibus, & de villis, vel de omnibus undecumque fiſcus teloneum exigere poterat. Pro firmitatis namque ſtudio poſtulavit nobis præfatus epiſcopus ut paternum, ſeu prædeceſſorum noſtrorum morem ſequentes, hujus auctoritatis noſtræ beneficium eidem concederemus, vel confirmaremus monaſterio. Cujus precibus nobis ob amorem Dei & venerationem ſancti illius annuere, & hoc præceptum munificentiæ noſtræ firmitatis gratia circa ipſum monaſterium fieri libuit, per quod jubemus atque præcipimus ut nemo fidelium noſtrorum, nec quilibet exactor judiciariæ poteſtatis de carris vel ſagmariis, ſeu villis ipſius monaſterii, vel de quolibet commercio, undecumque videlicet fiſcus teloneum exigere poteſt, ullum teloneum accipere vel exigere præſumat. Naves vero ſex, quæ ſive per fluvium Ligeris, ſive per cætera flumina, infra ditionem imperii noſtri ob utilitatem & neceſſitatem ipſius monaſterii diſcurrunt ad quaſcumque civitates, caſtella aut portus, vel cætera loca acceſſum habuerint, nullus ex eis aut hominibus qui eas provident nullum teloneum aut ripaticum, aut portaticum, aut pontaticum, aut ſalutaticum, aut ceſpitaticum, aut cœnaticum, aut paſtionem, aut laudaticum, aut trabaticum, aut pulveraticum, aut ullum occurſum, vel ullum cenſum, aut ullam redibitionem accipere vel exigere audeat: ſed licitum ſit abſque alicujus illicita contrarietate vel detentione per hanc noſtram auctoritatem ipſis navibus & hominibus qui eas providere debent, cum his quæ deferunt per univerſum imperium noſtrum libere atque ſecure ire & redire, & ſi aliquas moras in quolibet loco fecerint, aut aliquid mercati fuerint aut vendiderint, nihil ab eis prorſus, ut dictum eſt, exigatur. Hæc vero auctoritas.......

Digitized by Google

CHARTA XXI.

Fol. 74. r. lin. 14.

[illegible] pl[a]cuiſ [illegible] obaudi[illegible]

[illegible] duces [illegible]

[illegible] venerationē [illegible]

[illegible] duces [illegible]

[illegible] pelegrinus [illegible]

[illegible] machinamentū [illegible]

[illegible] in lure [illegible]

diuturnā [illegible] Inuiolabilē [illegible]

[illegible] . . . . .

CHARTA XXII.

Fol. 74. v. lin. 1.

[illegible]

[illegible] pdecessorū [illegible] Inuiolabilē [illegible] censurae [illegible]

[illegible]

[illegible] pdecessores [illegible]

reamcagante

CHARTA XXI.

Securitas.

CUm petitionibus ſervorum Dei juſtis & rationabilibus divini cultus amore favemus, ſuperni muneris donum nobis à Domino impertiri credimus. Notum ſit igitur omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, & noſtris tam præſentibus quam & futuris, quia adierunt ſerenitatem noſtram monachi ex monaſterio illo, quod eſt conſtructum in diſtrictu illo, in loco qui dicitur illo, cui venerabilis ille abbas prælatus eſt, obtulerunt obtutibus noſtris præceptum confirmationis domini & genitoris noſtri bonæ memoriæ Karoli piiſſimi auguſti, in quo invenimus inſertum qood idem genitor noſter ſuæ auctoritatis præcepto confirmaſſet res eidem monaſterio, quas quidam duces, ille videlicet & ille, præfato dederant monaſterio, & per eamdem auctoritatem eaſdem res hactenus firmiter rectores ipſius monaſterii tenuiſſent vel poſſediſſent. Pro firmitatis namque ſtudio poſtulaverunt nobis ob amorem Dei & venerationem ſancti illius paternam auctoritatem noſtra confirmaremus auctoritate. Qoorum petitionibus libenter annuimus, & per hoc noſtræ auctoritatis præceptum præfatas res eidem monaſterio confirmavimus. Quapropter præcipimus atque jubemus ut res quas memorati duces ad jam prædictum monaſterium dederunt, de quibus auctoritatem genitoris noſtri relegimus, ſive quas ex fiſcalibus rebus per donationes regum præſenti tempore tam in illo loco, quamque & in illo, necnon & in illo poſſident rectores ipſius monaſterii, per hanc noſtram auctoritatem noſtris futuriſque temporibus quieto ordine teneant atque poſſideant, & quidquid ex eis pro opportunitate & utilitate ejuſdem monaſterii facere voluerint, libero in omnibus potiantur arbitrio faciendi, & nullus ex fidelibus noſtris, aut aliquis ex judiciaria poteſtate, vel quælibet alia perſona de prædictis rebus ullam calumniam & machinamentum contra ipſum monaſterium ejuſque rectores facere præſumat; ſed liceat per hanc noſtram auctoritatem rectoribus ipſius monaſterii præfatas res in jure & poteſtate ipſius monaſterii per diuturna tempora inviolabiliter atque inconvulſe tenere: & ſi aliqua contentio de prædictis rebus contra ipſum monaſterium orta fuerit, uſque ad præſentiam noſtram res differatur, qualiter coram nobis diligenti examinatione diſcutiatur & finiatur. Et ut hæc auctoritas . . . . . .

CHARTA XXII.

Præceptum confirmationis de tributis & aliis rebus quæ Reges ad loca Dei dederant.

DEcet imperialem dignitatem prædeceſſorum ſuorum pie facta inviolabiliter conſervare, & cenſuræ ſuæ auctoritate alacriter confirmare, ut videlicet munus tot principum auctoritate collatum vel confirmatum, ab his, quibus attributum eſt, & ſecurius poſſideatur & firmius teneatur. Notum ſit igitur omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, & noſtris tam præſentibus quam & futuris, quia vir venerabilis ille illius eccleſiæ archiepiſcopus & abbas monaſterii illius, quod eſt in honore ſancti Petri principis Apoſtolorum in pago illo conſtructum, obtulit nobis auctoritatem confirmationis domini & genitoris noſtri bonæ memoriæ Caroli piiſſimi auguſti, in qua invenimus inſertum eo quod ipſe & prædeceſſores ejus, reges videlicet Francorum, per iſtas auctoritates vallem

Reumagenſem

Digitized by Google

CHARTA XXIII.

Fol. 80. vº lin. 4.

Reumagenſem, cum tributo quod à fiſco exigebatur, vel hominibus publicis & tributariis in eadem valle manentibus eidem ad integrum conceſſiſſent monaſterio, & per eaſdem auctoritates eamdem vallem rectores ipſius monaſterii hactenus firmiter tenuerant. Ob rei tamen firmitatem poſtulavit nobis præfatus epiſcopus ut auctoritatem paternam, ſive prædeceſſorum noſtrorum regum noſtra confirmaremus auctoritate. Cujus petitioni ob amorem Dei & reverentiam ipſius ſancti loci libenter adſenſum præbuimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum circa ipſum monaſterium firmitatis gratia fieri decrevimus. Quapropter præcipimus atque jubemus ut, ſicut conſtat, ab eiſdem principibus eadem vallis Reumagenſis, cum hominibus ibidem commanentibus vel aſpicientibus, præfato conceſſa monaſterio, ita ab hinc noſtris futuriſque temporibus per hanc noſtram auctoritatem permaneat confirmata, & ſic à rectoribus vel miniſtris præfati monaſterii cum tributo & hominibus commanentibus, publicis videlicet, firmiter teneatur atque poſſideatur, ſicut olim à jure fiſci poſſeſſa vel detenta fuit, & nullus ex fidelibus noſtris, vel quilibet ex judiciaria poteſtate de præfata valle & hominibus ibidem commanentibus vel aſpicientibus ullam calumniam, aut inquietudinem, vel aliquid machinamenti contra ipſum monaſterium ejuſque rectores facere audeat, nec ibi ad cauſas audiendas, vel judiciariam poteſtatem exercendam, ſeu alias quaſlibet redibitiones requirendas : ſed liceat rectoribus ipſius monaſterii per hanc noſtram auctoritatem memoratam vallem cum hominibus ibidem commanentibus vel aſpicientibus, ſine alicujus judicis interpellatione & illicita contrarietate noſtris futuriſque temporibus firmiter tenere vel poſſidere, & hanc auctoritatem ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris certius & diligentius conſervetur, manu propria......

CHARTA XXIII.

Exemplar præcepti de rebus eccleſiaſticis apud Imperatorem commutatis.

CUm petitionibus ſervorum Dei quas noſtris auribus ingerunt, libenter annuimus, & eas cum Dei auxilio ad effectum perduci facimus, non ſolum regiam & impetialem conſuetudinem exercemus, verum etiam hoc nobis procul dubio tam ad ſtatum terreſtrem corroborandum, quam æternæ vitæ beatitudinem capeſſendam profuturum eſſe confidimus. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quia vir venerabilis Adalardus abbas petiit celſitudinem noſtram eo quod pro ambarum partium opportunitate quaſdam res apud nos commutare voluiſſet. Cujus petitioni, quia utilis & rationabilis nobis eſſe videbatur, libenter adſenſum præbuimus, & præcepimus Magnario comiti & actori noſtro, ut cum Miſſis prædicti venerabilis Adalardi abbatis, adſcitis etiam pagenſibus hominibus & fiſcalinis in eadem vicinia commanentibus, menſuraret eaſdem res propoſitas, earumque quantitatem & qualitatem hinc & inde diligenter inſpiceret & conſideraret, & inlibatam ad noſtram referret notitiam : quod libenter fecit, ſimul & nobis retulit quod ambabus partibus hujuſmodi commutatio utilis & proficua eſſe potuiſſet, & de noſtra decrevit voluntate ut ita fieret. Dedit igitur prædictus vir venerabilis Adalardus abbas de rebus monaſterii ſui quod eſt conſtructum

[illegible] audrıacū [illegible] bunnar [illegible] bun [illegible] adalars [illegible] bun [illegible] bun [illegible] ......

CHARTA XXIV.

Fol. 72. r° lin. 15.

[illegible] edicar [illegible] sollercia [illegible] Innocu [illegible] comitatu [illegible] lateratıonib: [illegible] ret [illegible] uassallo dominico [illegible] pari [illegible] .....

in honore beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli in pago illo, ſuper fluvium illum, quas ipſe in quiete habere videbatur, ad jus fiſci noſtri, id eſt Audriacam villam per noſtram datam licentiam in pago illo, in loco nuncupante illo, inter manſoa & prata & terram arabilem bunnaria centum, & de ſilva bunnaria triginta. Et e contra dedit prædictua Magnarius actor noſter venerabili Adalardo abbati ad partem monaſterii ſui de rebus prædicti fiſci noſtri per noſtram juſſionem in pago illo, in loco nuncupante illo, inter manſos & prata & terram arabilem bunnaria tanta & de ſilva bunnaria tanta. Unde & ſuper hac commutatione hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri juſſimus, per quod præcipimus atque jubemus ut quidquid pars juſte & rationabiliter alteri contulit parti, deinceps per hanc noſtram auctoritatem jure firmiſſimo teneat atque poſſideat, & quidquid exinde facere voluerit, libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi. Et ut hæc noſtræ auctoritatis præceptio manibus propriis.....

CHARTA XXIV.


Præceptum de commutatione.

SI enim ea quæ fideles imperii noſtri pro eorum opportunitate inter ſe commutaverint noſtris confirmamus edictis, imperialem exercemus conſuetudinem, & hoc in poſtmodum jure firmiſſimo manſurum eſſe volumus. Idcirco noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum ſollertia, quia vir venerabilia ille illius eccleſiæ epiſcopus, quæ eſt conſtructa in honore ſancti illius, aut ille abbas ea monaſterio ſancti illius, quod eſt conſtructum in pago illo, aut vir illuſter ille comes, & quidam homo nomine ille ad noſtram accedentes clementiam innotuerunt celſitudini noſtræ eo quod pro ambarum partium opportunitate aliquaa res aut mancipia inter ſe commutaſſent. Dedit igitur prædictus ille epiſcopus, aut abbas, vel comes, aut ille vel ille de rebus eccleſiæ ſuæ ſancti illius, aut monaſterii ſui ſancti illius, aut comes ille ex comitatu ſuo, aut beneficio ſuo manſos tantos, qui ſunt in pagis illis & illis, in vicariia illis & illis, in villis illis & illis, cum terminis & laterationibus eorum, ſive mancipia illa his nominibus ad proprium ejus perpetualiter ad habendum. Et e contra in compenſatione hujus rei dedit prænominatus ille homo ex proprio ſuo prænominato epiſcopo, aut abbati vel comiti, vel vaſſallo dominico quaſdam res aut manſos tantos, ſicut ſuperius ſcriptum eſt. Unde & duas commutationes pari tenore conſcriptas manibuſque bonorum hominum roboratas præ manibus ſe habere profeſſi ſunt: ſed pro integra firmitate petierunt celſitudini noſtræ ut ipſas commutationes denuo per noſtrum manſuetudinis præceptum plenius confirmare deberemus. Quorum petitionibus denegare noluimus, ſed ſicut unicuique fidelium noſtrorum juſte & rationabiliter petentium, ita nos conceſſiſſe atque confirmaſſe in omnibus cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus ut quidquid pars juſte & rationabiliter alteri contulit parti, deinceps per hanc noſtram auctoritatem jure firmiſſimo teneat atque poſſideat, & quidquid exinde facere voluetit libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi. Et ut hæc auctoritas.......

CHARTA


CHARTA XXV.

Fol. 73. v° lin. 7.




CHARTA XXVI.

Fol. 72. r° lin. 11.



CHARTA XXVII.

Fol. 75. r.° lin. 16. med.



CHARTA XXV.

Præceptum Domini Hludovici de rebus quas dedit dilecto filio ſuo Hlothario.

NOtum ſit omnibus fidelibus noſtris, tam præſentibus quam & futuris, quia nos dilecto filio noſtro Hlothario cæſari & conſorti imperii noſtri, concedimus ad proprium ex quadam villa noſtra, quæ ſita eſt in pago Alſacinſe, quæ dicitur Herinſtein, manſum dominicum cum omnibus ſupra poſitis, & alios manſos tantum LX. ad eum pertinentibus, cum mancipiis deſuper commanentibus, & ad eoſdem LX. manſos aſpicientibus. Has vero res, ſicut ſuperius continetur ſcriptum, cum domibus, ædificiis, mancipiis, terris, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, mobile & immobile tibi dilecto filio noſtro Hlothario imperatori ad proprium per hanc noſtræ auctoritatis largitionem tradimus ad poſſidendum : ita videlicet, ut quidquid de eiſdem rebus & mancipiis (facere) vel vindicare volueris, libero in omnibus perfruaris arbitrio faciendi. Et ut hæc largitio donationis noſtræ per futura tempora inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria...... .

CHARTA XXVI.

Donatio imperialis.

JUſtum & equitatis rationē omnino ſubnixum eſt, ut regalis atque imperialis poteſtas illis beneficia potiora largiatur, & eos majore adficiat honore, quorum erga ipſum principem ac regnum ejus fidelitas illibata eſſe cognoſcitur. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum ſollertia, qualiter nos duobus fidelibus noſtris de Saxonia, illi videlicet & illi comitibus, propter illorum fidele ſervitium duas villas juris noſtri trans Albiam fluvium in pago illo conſtitutas, quarum vocabula ſunt illa & illa, ejectis inde Sclavis, ad proprietatem concedimus, & de jure noſtro in illorum jus ac poteſtatis more ſolemni transferimus diſcretionem. Propter hoc hanc noſtræ auctoritatis præceptionem eis dare conſtituimus, per quam prænominatas villas ſub integritate jure proprietario eis ad proprium concedimus, ita ut ab hac die in poſterum jam dicti fideles noſtri, ille videlicet & ille, prænominatas villas ſub integritate jure proprietario teneant atque poſſideant, & quidquid de his pro rerum ſuarum opportunitate facere voluerint, liberam & firmam in omnibus habeant poteſtatem. Et ut hæc noſtræ auctoritatis donatio atque confirmatio firmior habeatur, & tam noſtris quam ſucceſſorum noſtrorum temporibus inconvulſam atque inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria eidem ſubſignavimus, & de annulo noſtro juſſimus ſigillari.

CHARTA XXVII.

Donatio imperialis.

IMperialis celſitudinis moris eſt fideliter ſibi famulantes donis multiplicibus atque honoribus ingentibus honorare atque ſublimare. Proinde nos morem parentum, regum videlicet prædeceſſorum noſtrorum ſequentes, libuit celſitudini noſtræ fidelem quemdam noſtrum, nomine illum, de quibuſdam rebus proprietatis noſtræ honorare, atque in ejus juris poteſtatem liberalitatis noſtræ gratia conferre : nec immerito, quippe cum & fidelitatis

[illegible] misib: [illegible] parere [illegible] experientiam [illegible] avia [illegible] avunculus [illegible] frumentum [illegible] cellulam [illegible] cellulae [illegible] baccones [illegible] hodierno [illegible] cellula [illegible] delegerent [illegible]

CHARTA XXVIII.

[illegible] auxilium [illegible] perducat [illegible] teodoni [illegible] Not [illegible] bunnaria [illegible] curricula [illegible]

obſequio & obedientiæ devotione hoc apud ſerenitatem noſtram adipiſci digne meretur, qui totis niſibus uſquequaque noſtro ſervitio noſtriſque juſſionibus fideliter parere ſtudet. Unde noverit experientia atque utilitas omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum, quia conceſſimus eidem fideli noſtro illo in pago illo eccleſiam illam, quæ eſt conſtructa in honore ſancti illius confeſſoris, in territorio illo, in loco qui vocatur ille, ſuper fluvium illum, quam defuncta ejus avia nomine illa & avunculus nomine ille domino & genitori noſtro Karolo bonæ memoriæ piiſſimo auguſto per ſtrumenta chartarum tradiderunt. Hanc itaque cellulam cum omnibus ad ſe pertinentibus vel aſpicientibus, vel de ratione ejuſdem cellulæ infra eumdem pagum illum, ſeu etiam illum, ſed etiam & illum & illum præſenti tempore noſtri juris atque poſſeſſionis, non ſolum proprietatis eſt, totum & integrum, vel ad effectum prædicto fideli noſtro Bettoni ad proprium per hanc noſtræ auctoritatis donationem concedimus, ita videlicet ut quidquid ab hodierno die & tempore de prædicta cellula, vel de his quæ ad eam pertinent facere voluerit, libero in omnibus potiatur arbitrio faciendi quidquid delegerit. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ per curricula annorum inviolabilem atque inconvulſam obtineat firmitatem, & fidelibus noſtris tam præſentibus quam & futuris, ſeu etiam ſucceſſoribus noſtris~~, tam præſentibus quam & futuris, ſeu etiam ſucceſſoribus noſtris~~ fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ verius certiuſque credatur, eam manu propria ſubter firmavimus.

CHARTA XXVIII.

Cum juſtum eſſe conſtat ut regalis atque imperialis poteſtas illis auxilium impertiat, quorum neceſſitas comprobatur; comperit pariter rationi (&) æquitatis ordo videtur exigere, ut his eadem potentia illa aurem accommodet, & eorum petitiones ad effectum perducat, quorum fidelis famulatus manifeſto devotionis obſequio demonſtratur. Igitur notum fieri volumus omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum prudentiæ, qualiter ſuggerente atque petente Teodone Referendario dilecti filii noſtri Lotharii conſortis conceſſimus ei ad proprium quaſdam res proprietatis noſtræ quæ ſunt in pago illo, in villa illa, de terra arabili tantum & de prato tantum, pertinentes ad ipſos manſos, de ſylva tantum, ob hoc ſcilicet, quia ille dedit nobis de rebus ſuis propriis in pago illo, in villa illa, hoc eſt manſos tantos, habentes de terra arabili, bunnaria tanta, & de prato tantum, pertinentes ibi, de ſylva tantum, necnon & mancipia tanta, quorum nomina ſunt illos & illos. Res vero & mancipia ſuperius nominata prædicto homini ad proprium conceſſimus in quantum, ut quidquid de præfatis rebus & mancipiis ab hodierno die & tempore jure proprio facere vel vindicare voluerit, libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi quidquid elegerit. Et ut hæc auctoritas largitionis atque confirmationis noſtræ per curricula annorum inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmavimus, & annulo noſtro ſignavimus......

CHARTA

Digitized by Google

CHARTA XXIX.

[illegible] richbodu [illegible] alsuanse [illegible] frankenheim [illegible] richbodoni [illegible] frankenheim [illegible] frankenhei [illegible] curreda [illegible] richbodo [illegible] solem [illegible] . . . . [illegible] ::

CHARTA XXX.

[illegible] forestarios [illegible] adone [illegible] pares [illegible] forestē i uosugo [illegible] Lo forestarios a bannis i unbannis [illegible] pararedu [illegible] stoffe [illegible] o forestarii j [illegible] j fiscalini [illegible] rogus [illegible] pararedu [illegible] ... [illegible] Lo forestarii [illegible] forestariorū [illegible] suizgaris [illegible] i bascaiū [illegible] viii [illegible] acaū fulcolingus ::

CHARTA

CHARTA XXIX.

IMperialis celſitudinis moris eſt fideliter ſibi famulantes donis & honoribus honorare. Proinde notum eſſe volumus omnibus fidelibus noſtris tam præſentibus quam & futuris quia nos morem parentum noſtrorum, regum ſcilicet Francorum, ſequentes, libuit celſitudini noſtræ qoemdam fidelem noſtrum nomine Richodonem de quibuſdam rebus noſtræ proprietatis, quæ ſunt in pago Alſacinſe, & in duabus villis, quæ nno vocabulo, id eſt Frankenheim (appellantur) honorare, & eaſdem res per hoc noſtræ largitionis conceſſum eidem Richodoni fideli noſtro perpetuò ad proprium concedere, id eſt, in ona (villa quæ) Frankenhaim appellatur, manſos tres, & in altera, quæ ſimili modo Frankenhaim nominatur, dimidium manſum cum ædificiis deſuper conſtructis & de terra arabili bunnaria centum, & de prato in quo poteſt colligi de fœno carrada ona, & mancipia tria quæ ita appellantur. Idcirco namque has deſcriptas res memorato fideli noſtro Richodoni, ſicut ſuperius diximus, ad proprium concedimus...... more ſolemni tenere, ut quidquid ille de eiſdem rebus & villis facere vel diſponere decreverit, libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi (exinde quidquid voluerit. Et ut hæc auctoritas) inviolabilem & inconvulſam obtineat firmitatem, & à fidelibus noſtris verius certiuſque credatur manu propria ſubter firmavimus.


CHARTA XXX.

OMnibus prælatis eccleſiarum, ſive comitibus, aut vaſſallis noſtris, vel junioribus veſtris, notum ſit quia foreſtarios noſtros Adonem videlicet & pares ſuos, qui foreſtem in Voſago provident, immunes conſtituimus à quibuſdam publicis functionibus, id eſt liberos foreſtarios à bannis & aribannis & conjectuum impletione, ſive paravereda danda; tantum vero ut hi, qui ſoliti ſunt, ſtoffam perſolvant, & in anno tres miniſtros conſtituant, niſi illi comites aut comes ab illis aliud qoæſiverint aot in teſtimonio diligenter excepti fuerint: ſuper hoc nullus comes, aut quævis poteſtas eos de quiboſlibet rebus diſtringere præſumat, exceptis criminalibus cauſis. Servi vero foreſtarii tam eccleſiaſtici quam fiſcalini de eorum manſis ſuperioribus, de quorum beneficio ſunt, rogas faciant, atque cenſum, ſive cæteras fonctiones quæ ex mancipiis ſuis, ſive de eorum manſis exhibere debent, perſolvant, & nec paravereda donent, nec opera faciant, ſi etiam manuopera eorum foreſtarii noſtri vindicent.... quilibet de parte propinquorum illorum eos, vel quivis non diſtringit, aut injuſtam inquiſitionem facit: ſed quidquid tam liberi foreſtarii, quam ſervi eccleſiaſtici aut fiſcalini poſſeſſione aut inoccupatione egerint, aut cuilibet tulerint clamorem coram miniſtris foreſtariorum illorum juſtitiam faciant; & ſi juſtitiam facere detraxerint, hoc ad noſtram notitiam deportetur, ut nos præſenti ſecundum legem & juſtitiam facere jubeamus, & illi qui juſtitiam facere, vel differre tentaverint dignam (ſententiam) accipiant. Hæc vero aoctoritas, & cætera. Suizgardus ambaſciavit. Durandus ad vicem Fredegiſi relegit, recognovit & ſubſcripſit. Datum VI. Kalendas, anno Chriſto propitio IX. imperii domini Ludovici, indictione prima. Actum Fulcolingas.

Digitized by Google


CHARTA XXXI.

Fol. 80. v° lin. 13.



CHARTA XXXII.

Fol. 76. r° lin. 1.



CHARTA XXXI.

Præceptum de Negotiatoribus.


OMnibus epiſcopis, abbatibns, dueibus, comitibus, gaſtaldiis, vicariis, centenariis, cluſariis ſeo miſſis noſtris diſcurrentibus, cæteriſque fidelibus noſtris, partibus Franciæ, Burgundiæ, Provineiæ, Septimaniæ, Italiæ, Auſtriæ, Neuſtriæ, Bajohariæ & Sclaviniæ commanentibus. Noium ſit quia præſentes fideles noſtri illi anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo vigeſimo octavo, ejuſdemque miſerante clementia anno quinto decimo imperii noſtri Aquiſgrani palatio noſtro venientes ſe noſtris obtutibus præſentaverunt, quos nos ſub ſecuritate tuitionis noſtræ ita modo ſuſcepimus, & inantea, Domino volente, retinere optamus; ita ut deinceps annis ſingulis, aut poſt duorum annorum curricula peracta, mandante miſſionum miniſtro, ad noſtrum veniant palatium, atque ad cameram noſtram fideliter unuſquiſque ex ſuo negotio ac noſtro deſervire ſtudeat, haſque litteras auctoritatis noſtræ oſtendat. Proinde autem per præſentem ordinationem noſtram decernimus atque jubemus, ut neque vos, neque juniores ſeu ſucceſſores veſtri, aut miſſi noſtri diſcurrentes memoratos fideles noſtros illos de nullis quibuſlibet illicitis occaſionibus inquietare, aut calumniam generare, vel de rebus illorum contra juſtitiam aliquid abſtrahere aut minuere, neque naves eorum quaſi pro noſtro ſervitio tollere, neque ſcaram facere, neque heribannnm, aut alios bannos ab eis requirere vel exactare præſumatis: ſed liceat eis, ſicut Judæis, partibus palatii noſtri fideliter deſervire, & (ſi) vehicula infra regna, Chriſto propitio, noſtra pro noſtris ſuorumque utilitatibus negotiandi gratia augere voluerint, licentiam habeant; nullamqne dationem, neqne ſcluſas, neqne in nullo loco eis faciatis, aut facientibus conſentiatis teloneum reddere, exceptis ad opus noſtrum in Quintovico & Doreſtado, vel Scluſas, ubi ad opus noſtrum decenter exigatur, aliubi nullatenus requiratur. Quod ſi aliquæ cauſæ adverſus eos & homines eorum ortæ fuerint, quas infra patriam abſque gravi & iniquo diſpendio definire nequiveritis, uſque ad præſentiam noſtram, vel miſſi illius quem ſuper ea & alios negotiatores noſtros præponemus, ſint ſuſpenſæ vel reſervatæ, quatenus ſecundum juris ordinem finitivam accipiant ſententiam...... ſed neque trabaticum, aut portaticum, aut rotaticum.....

CHARTA XXXII.

Præceptum Judæorum.


OMnibus epiſcopis, abbatibus, comitibus, gaſtaldiis, vicariis, centenariis, cluſariis, ſeu etiam miſſis noſtris diſcurrentibus, necnon & omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris. Notum ſit quia iſtos Hebræos, Domatum Rabbi & Samuelem nepotem ejus, ſub noſtra defenſione ſuſcepimus ac retinemus. Quapropter per præſentem auctoritatem noſtram decernimus atque jubemus ut neque vos, neque juniores, ſeu ſucceſſores veſtri memoratos Hebræos de nullis quibuſlibet illicitis occaſionibus inquirere aut calumniam generare præſumatis, nec de rebus eorum propriis, unde præſenti tempore legaliter veſtiti eſſe videntur, aliquid abſtrahere, aut minuere ullo unquam tempore præſumatis; ſed neque teloneum, aut paravereda, aut manſionaticum,

aut



CHARTA XXXIII.

Fol. 76. r° lin. 10.



aut pulveraticum, aut ceſpiraticum, aut riparicum, aut portaticum, aut pontaticum, aut tranaticum, aut cœnaticum à prædictis Hebræis exigere præſumatis. Similiter conceſſimus eis de rebus eorum propriis commutationem facere, & proprium ſuum cuicumque voluerint vendere, liceatque eis ſecundum legem eorum vivere, & homines Chriſtianos ad eorum opera facienda locare, exceptis feſtis & diebus Dominicis. Habeant etiam licentiam mancipia peregrina emere, & infra imperium noſtrum vendere. Quod ſi Chriſtianus cauſam vel litem contra eos habuerit, tres idoneos teſtes Chriſtianos & tres Hebræos ſimiliter idoneos in teſtimonium ſuum adhibeat, & cum eis cauſam ſuam judicet. Et ſi illi cauſam vel litem contra Chriſtianum habuerint, Chriſtianos teſtes in teſtimonium ſibi aſſumant, & cum eis eum convincant. Suggeſſerunt etiam iidem Judæi celſitudini noſtræ de quibuſdam hominibus, qui contra chriſtianam religionem ſuadent mancipia Hebræorum ſub autentu (*l.* obtentu) chriſtianæ religionis contemnere dominos ſuos, & baptiſari, vel potius perſuadent illis ut baptiſentur ut à ſervitio dominorum ſuorum liberentur; quod nequaquam ſacri canones conſtituunt, immo talia perpetrantes diſtricta anathematis ſententia feriendos dijudicant; & ideo volumus ut neque vos ipſi prædictis Hebræis hoc ulterius facere præſumatis, neque juniores veſtros uſquam facere permittatis, certumque teneatis quia quicumque hoc perpetraverit, & ad nos delatum fuerit, quod abſque ſui periculo, & rerum ſuarum damno evadere non poterit: & hoc vobis notum eſſe volumus ut jam, quia ſupra ſcriptos Hebræos ſub mundeburdo & defenſione noſtra ſuſcepimus. Quicumque in morte eorum, quamdiu nobis fideles extiterint, conſiliaverit, aut aliquem interfecerit, ſciat ſe ad partem palatii noſtri decem libras auri perſoluturum; & nullatenus volumus ut prædictos Judæos ad nullum judicium examineris, id eſt, neque ad ignem, neque ad aquam calidam, ſeu etiam ad flagellum, niſi liceat eis ſecundum illorum legem vivere vel ducere. Et ut hæc.....

CHARTA XXXIII.

OMnibus epiſcopis, & cætera. Notum ſit quia vos præſentes Hebræos Davidem, nunnum Davidis, & Joſeph, atque Ammonicum pares eorum habitantes in Lugduno civitate, ſub noſtra defenſione ſuſcepimus ac retinemus. Quapropter per præſentem auctoritatem noſtram decernimus atque jubemus ut neque vos, neque juniores, ſeu ſucceſſores veſtri memoratos Hebræos de nullis quibuſlibet illicitis occaſionibus inquirere, aut calumniam generare præſumat, nec de rebus eorum propriis, quæ ex legitima adquiſitione habere viſi ſunt, vel in quibuſlibet locis præſenti tempore legaliter veſtiti eſſe videntur, aliquid abſtrahere aut minuere, aut aliquam calumniam ullo unquam tempore (facere) audeat; ſed neque teloneum, neque paravereda, aut manſionaticum, aut pulveraticum, aut ceſpitaticum, aut ripaticum, aut rotaticum, aut portaticum, aut tranaticum, aut pontaticum, aut foraticum à prædictis Hebræis exigere præſumant: ſed liceat eis ſub mundeburdo & defenſione noſtra quiete vivere, & partibus palatii noſtri fideliter deſervire. Similiter concedimus eis de rebus eorum commutationem facere cum quibuſlibet hominibus voluerint; liceatque eis ſecundum legem eorum vivere, & homines Chriſtianos

Digitized by Google

[illegible] (lines 1–12 in Tironian notes)

[illegible] cedere

[illegible] p mulgata [illegible]

[illegible]

[illegible] ......

CHARTA XXXIV.

Fol. 126. v°. lin. 5.

[illegible] centenarius [illegible]

[illegible] abrahã [illegible] cesar [illegible]

[illegible]

[illegible] teloneũ [illegible] paraueredu [illegible]

[illegible] trubuciũ [illegible] mundeburdo [illegible]

[illegible] Idoneos [illegible]

[illegible] Idoneos [illegible]

[illegible]


ad eorum opera facienda locare, exceptis feſtis & diebus Dominicis. Habeant etiam licentiam mancipia peregrina emere, & infra imperium noſtrum vendere, & nemo fidelium noſtrorum præſumat eorum mancipia peregrina ſine eorum conſenſu ac voluntate baptiſare. Quod ſi Chriſtianus cauſam vel litem contra eos habuerit, tres idoneos teſtes Chriſtianos & tres Hebræos ſimiliter idoneos in teſtimonium ſuum aſſumat, & cum eis cauſam ſuam judicet. Et ſi cauſam vel litem contra Chriſtianum habuerint, Chriſtianos teſtes in teſtimonium ſibi adhibeant, & cum eis convincant. Nam ſi aliquis illorum, Chriſtianus aut Judæus, veritatem occultare voluerit, comes loci illius per veram inquiſitionem faciat unumquemque illorum ſecundum legem ſuam veritatem dicere. Quod ſi etiam aliquæ cauſæ adverſus eos de rebus, vel mancipiis eorum ſurrexerint vel ortæ fuerint, quæ infra patriam abſque gravi & iniquo diſpendio definitæ eſſe nequiverint, uſque ad præſentiam noſtram ſint ſuſpenſæ vel conſervatæ, qualiter ibi ſecundum legem finitivam accipiant ſententiam. Et hoc omnibus vobis notum eſſe volumus, ut jam, quia ſupra ſcriptos Hebræos ſub mundeburdo & defenſione noſtra ſuſcepimus. Quicumque in morte eorum, quamdiu fideles nobis extiterint, conſiliaverit, aut aliquem ex illis interfecerit, ſciat ſe ad partem palatii noſtri decem libras auri perſoluturum, & nemo ſæpe dictis Hebræis flagellis cædere præſumat, niſi probati fuerint ſecundum legem eorum eos capitula, quæ à nobis eis ſervanda promulgata ſunt, violaſſe atque interdicta feciſſe, in quibus ſimiliter definitum eſt pro quibus culpis flagellis ſint cædendi. Hanc vero auctoritatem ......

CHARTA XXXIV.

OMnibus epiſcopis, abbatibus, comitibus, vicariis, centenariis, ſeu cæteris miniſterialibus noſtris. Notum ſit quia iſte Hebræus nomine Abraham habitans ~~apud~~ in civitate Cæſarauguſtam, ad noſtram veniens præſentiam in manibus noſtris ſe commendavit, & eum ſub ſecuritate tuitionis noſtræ recepimus ac retinemus. Propterea hanc præſentem auctoritatem noſtram ei fieri juſſimus, per quam decernimus atque jubemus, ut neque vos, neque juniores ſeu ſucceſſores veſtri memoratum Judæum de nullis quibuſlibet illicitis occaſionibus inquirere, aut calumniam generare, neque de rebus ſuis propriis, vel negotio ſuo aliquid abſtrahere aut minuere ullo unquam tempore præſumatis, & neque teloneum, aut paravereda, aut manſionaticum, aut pulveraticum, aut ceſpitaticum, aut portaticum, aut ſalutaticum, aut trabaticum exigere (præſumatis) ſed liceat illi ſub mundeburdo & defenſione noſtra quiete vivere, & partibus palatii noſtri fideliter deſervire, abſque alicujus illicita contrarietate; liceat etiam ei ſecundum legem ſuam vivere, & homines Chriſtianos ad ejus opera facienda locare, exceptis diebus Dominicis & feſtis diebus. Et ſi Chriſtianus cauſam vel litem contra eum habuerit; tres idoneos teſtes Chriſtianos & tres Hebræos ſimiliter idoneos in teſtimonium ſuum adhibeat, & cum eis cauſam ſuam judicet. Et ſi ille cauſam vel litem contra Chriſtianum habuerit, Chriſtianos teſtes idoneos in teſtimonium ſibi aſſumat, & cum eis illum convincat. Quod ſi aliquis illorum, Chriſtianus aut Judæus veritatem occultare voluerit, comes ipſius civitatis per veram ac juſtam inquiſitionem faciat unumquemque ſecundum legem ſuam veritatem dicere.


Liceat

Leg. 2




CHARTA XXXV.

Fol. 78. r.° lin. 1.



CHARTA XXXVI.

Fol. 85. v.° lin. 13.



Liceat etiam ei mancipia peregrina emere, & non alibi, niſi infra imperium noſtrum vendere. Quod ſi etiam aliquæ cauſæ adverſus eum vel homines ſuos, qui per eum legibus ſervire videntur, ſurrexerint vel ortæ fuerint, quæ abſque gravi & iniquo diſpendio infra patriam definiri non poſſint, uſque ad præſentiam noſtram ſint ſuſpenſæ vel conſervatæ, quatenus ibi ſecundum legem finitivam accipiant ſententiam. Et ut hæc auctoritas verius ab omnibus credatur & diligentius conſervetur, more noſtro eam ſubſignavimus, & de bulla noſtra juſſimus ſigillare.

CHARTA XXXV.


Præceptum.

OMnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, & noſtris partibus Romaniæ atque Italiæ conſiſtentibus. Notum ſit quia nos hunc hominem nomine illum, habitatorem illius civitatis, pro ſuis neceſſitatibus ad nos venientem, ſub ſecuritate tuitionis ac defenſionis noſtræ ſuſcipimus atque retinemus: ideoque præcipimus atque jubemus ut nullus ex vobis, ſive ex junioribus veſtris eumdem hominem de quibuſlibet injuſtis atque illicitis occaſionibus contra legem & contra juſtitiam inquietare, aut infeſtare, aut ullam ei propter hoc quod ad nos venit, calumniam ingerere præſumat: ſed liceat illi, ſicut cæteris fidelibus noſtris, & his qui ſub noſtrâ defenſione recepti ſunt, abſque cujuſlibet impedimento, una cum rebus & hominibus ſuis cum honore reſidere, & quieto ordine vivere abſque cujuſlibet, ſicut ipſi Judæi, injuſta contrarietate. Et ſi aliquis contra hanc noſtram juſſionem ſive aſſertionem ire tentaverit, & memoratum illum contra legis & rationis ordinem, & pro eo quod ad nos venit, perturbare convictus fuerit, noverit ſe propter hoc ad noſtram præſentiam eſſe venturum, & ibi de ſua præſumptione atque auſu temerario nobis rationem redditurum, & ſecundum facti ſui meritum pœnas perſoluturum. Quod ſi aliquæ cauſæ adverſus eum vel homines ejus, qui per eum legibus ſervire videntur; ſurrexerint vel ortæ fuerint, quæ infra patriam abſque ſuo gravi & iniquo diſpendio definitæ eſſe nequiverint, uſque ad præſentiam noſtram ſint ſuſpenſæ vel conſervatæ, qualiter ibi ſecundum æquitatis & rectitudinis ordinem finitivam accipiant ſententiam. Et ut hæc. . . . . .

CHARTA XXXVI.


NOtum fieri volumus omnibus fidelibus noſtris, ſcilicet partibus Romaniæ Italiæque conſiſtentibus, quod quidam homines, quorum nomina ſunt illa & illa, ad noſtram venientes præſentiam, petierunt & deprecati ſunt nos, ut eos propter malignorum hominum infeſtationes, ſub ſecuritate tuitionis noſtræ ſuſciperemus; quod libenter fecimus. Propter hoc hanc noſtræ auctoritatis præceptionem fieri eiſque dari decrevimus, per quam præcipimus atque jubemus ut nullus veſtrum, de eorum rebus propriis, aliquid ab eis contra rationis ordinem abſtrahere, aut eos de qualibet cauſa injuſte calumniari præſumat: ſed liceat eis ſub noſtra defenſione ac tuitione, abſque cujuſlibet contrarietate, in eorum proprio quiete reſidere; & ſi aliquæ cauſæ adverſus illos ſurrexerint, quæ intra patriam ſine gravi & iniquo diſpendio definiri non poſſunt, volumus ut uſque ad præſentiam noſtram ſint ſuſpenſæ & reſervatæ,

Digitized by Google




CHARTA XXXVII.

Fol. 125 v°. lin. 18.




CHARTA XXXVIII.

Fol. 72. v°. lin. 23.



CHARTA XXXIX.

Fol. 73. r°.



quatenus ibi juſtam & legalem finitivam accipiant ſententiam, & nemo eis ad nos veniendi facultatem contradicere præſumat.

CHARTA XXXVII.

Præceptum de mundeburdo.

NOtum ſit igitur omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quia quædam femina nomine Teoſridis, relicta quondam Lanſulmi, veniens ad præſentiam noſtram poſtulavit ſerenitatem culminis noſtri, ut nos eam in noſtra eleemoſyna, una cum rebus ſuis propriis, ſub noſtro mundeburdo & defenſione ac tuitione ſuſciperemus. Cujus deprecationem pro mercedis noſtræ augmento exaudientes, & eam & res ſuas ſub noſtro mundeburdo & defenſione ac tuitione ſuſcepimus, & has noſtræ auctoritatis litteras fieri & ei dari libuit, per quas cunctis fidelibus noſtris præcipimus, ut nullus eam ab hinc in poſterum, dum advixerit, inquietare aut aliquam contrarietatem facere, nec de rebus ejus, quas juſte & legaliter moderno tempore habere & poſſidere videtur, contra juris & rationis ordinem interpellare, vel aliquam inquiſitionem facere præſumat: ſed liceat ei, ſicut diximus, dum advixerit in rebus ſuis propriis quiete & ſecure, abſque ullius inlicita infeſtatione aut contrarietate, reſidere. Et ut hæ noſtræ auctoritatis litteræ verius credantur & diligentius conſerventur, de annulo noſtro ſubter eas ſigillari præcepimus.

CHARTA XXXVIII.


Tractoria.

OMnibus epiſcopis, abbatibus, abbatiſſis, comitibus, vicariis, centenariis, ſeu reliquis fidelibus noſtris. Notum ſit vobis quia iſtos vaſſallos noſtros, illos & illos, mittimus ad has partes in fiſcum promovendas & varias redibitiones exigendas. Propter hoc volumus atque jubemus, ut ad ſtipendia eorum quotidie unicuique illorum dare faciatis panes xx. freſcingas duas, porcellum ſive agnum unum, pullos duos, quindecim ova, de potu modium unum, ſal, herbola, ortolanas, ligna ſufficienter: & intra Quadrageſimam...... caſeus formaticos quatuor, addentes ſextaria duo annonæ, juxta quod inveniri poſſunt, & ad bibitionem eorum de medone, cerviſia modios quatuor, & inter ambos de fœno karradam unam. Videte ut nullam exinde negligentiam habeatis.

CHARTA XXXIX.


Præceptum de rebus forfactis & poſtea reſtitutis.

NUlli præſentium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrorumque ambiguum eſt qualiter Bernardus, quem Italiæ dominus & genitor noſter Carolus piæ recordationis ſereniſſimus Imperator, ſive nos, regem præpoſuimus; & aliqui ex ſibi ſubjectis cum ipſo Bernardo à fide deviantes, nobis infideles extiterunt; pro qua infidelitate juxta procerum noſtrorum, ſeu cunctæ nobilitatis Francorum generale judicium, & ille & hi qui ei conſenſerunt, dignam ſubierunt ſententiam; nonnulli in exilium miſſi, & res eorum, quibus ſecundum legitimas ſanctiones, privati



CHARTA XL.

Fol. 125. v° lin. 1.



privati fuerant, fiſco noſtro ſociatæ ſunt. Nos divina deinceps miſericordia inſpirante, inter cæteros Amingum, qui prædicti Bernardi nefando conſilio particeps extitit, non ſolum ad noſtram præſentiam adire fecimus; inſuper ei & libertatem ac res proprias, quas juſte & legaliter, eo tempore quo hæc res contigit, poſſidebat, liberalitatis noſtræ munere per hanc noſtram auctoritatem perpetualiter ad habendum reddimus. Proinde has præceptionis noſtræ imperiales apices ei firmitatis gratia fieri juſſimus, per quas decernimus atque jubemus, ut ipſe in libertate ſua permaneat, & omnes res, quas eo tempore quo prænominata res contigit, ex quolibet juſto pacto, jure pleniſſimo poſſidebat, deinceps teneat atque poſſideat, ita videlicet, ut quidquid exindo facere voluerit. . . . . .

CHARTA XL.

Præceptum ſuper rebus redditis.

Notum ſit omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter cum nos generale placitum noſtrum in palatio noſtro, quod dicitur Attiniaco, more ſolito tenuiſſemus, quidam homo nomine Odolmarus, advocatus ex monaſterio quod vocatur Mageduno, in honore ſancti illius conſtructo, ubi & ſanctus ille confeſſor corpore requieſcit, indicavit quemdam vaſſallum noſtrum nomine Ragumbernum, de quibuſdam rebus ad jus monaſterii ſancti illius pertinentibus, quod illuſter vir ille comes in regimine habere videtur: quarum rerum ſunt vocabula illa & illa, cum reliquis adjacentiis vel aſpicientiis ſuis; dicens quod poſteri prædicti vaſſalli noſtri liberi injuſte eas occupaſſent, & contra legem tenerent, adfirmans ſe tales teſtes habere qui hoc ſcirent, & veraciter aſſerere potuiſſent ab illo tempore, ex quo Hlotharius quondam rex Francorum memorato monaſterio ſolemni traditione eaſdem res donavit, ſemper in eis rectores ipſius monaſterii liberam habuiſſent poſſeſſionem, uſquequo ille quondam abbas ad beneficium filio ſuo nomine illo eas dediſſet, & ſic præterito tempore de manibus rectoris prædicti monaſterii, tempore domini ac genitoris noſtri Karoli piiſſimi auguſti, elapſas eſſe. Sed cum nos ad veritatem rei diligentius inveſtigandam fideles noſtros illum abbatem, illum & illum comites mitteremus, renuntiaverunt nobis per hoc ita eſſe, ſicut memoratus ſancti illius advocatus aſſerebat. Cumque adhuc actor & defenſor diſſona voce contenderent, viſum eſt nobis ut hæc contentio certo quodam judicio eſſe determinanda. Sed hanc examinationem prædictus Matfridus chartarum oſtenſione dirimit: nam veniens ad præſentiam noſtram oſtendit nobis donationem prædicti Hlotharii regis, & antiqua præcepta regum Francorum ſuper eas. Cumque hæc donatio & illa præcepta regum coram nobis lecta fuiſſent, habuimus de earumdem chartarum inſpectione & lectione res memoratas ad jus & poſſeſſionem prædicti monaſterii in integrum pertinere, neque Ragumbernum ad fiſcum noſtrum, ſibi ad beneficium datum, eaſdem res jure donare potuiſſe. Et ideo à ducibus & comitibus, qui cum eis in iſta cauſa examinatores fuiſſe leguntur, judicatum eſt ut per vuadium ſuum, cum lege & fide facta Matfrido comiti, vel ejus advocato eaſdem res redderet, ad utilitatem ac uſum memorati monaſterii, Deoque in eo ſervientium permanſuras. Idcirco ſuggerenti atque roganti prædicto Matfrido

[illegible]
[illegible] liſardi macfrido [illegible]
[illegible] Inquietudine [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] . . . . .

CHARTA XLI.

Fol. 126. r.° lin. 3.

[illegible]

[illegible] richard [illegible]
[illegible] faſtrada regina [illegible] h [illegible] bauaria
[illegible] franconouurd [illegible] hoſtlaicuſ [illegible]
[illegible] ruotmundu [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] richardi [illegible] hoſtlaicuſ [illegible]
[illegible]
[illegible] richardi [illegible] hoſtlaicuſ [illegible] legalitat
[illegible] conagit [illegible]
[illegible] richardo [illegible]
[illegible]
[illegible] ordaici [illegible]
[illegible] legitimo [illegible]
[illegible]
[illegible] :

CHARTA XLII.

Fol. 126 r.° lin. 11.

[illegible]

[illegible] amengarp [illegible]
[illegible] Ingilarduſ quesita [illegible] ſicardo [illegible] teutardo [illegible]
[illegible] uulegarp [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

fideli noſtro, hanc noſtræ confirmationis præceptionem ei vel ad partem monaſterii ſui fieri juſſimus, per quam decernimus atque jubemus, ut nullus fidelium noſtrorum de prædictis rebus ſancti Liſardi, Matfrido ſive ſucceſſoribus ejus ullo unquam tempore inquietudinem facere, aut quamlibet calumniam ingerere præſumat; ſed liceat ei & ſucceſſoribus ejus quieto ordine eas tenere & poſſidere, & quidquid pro opportunitate monaſterii ſui exinde facere voluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem facere. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, manu propria......

CHARTA XLI.

Præceptum de rebus redditis.

NOtum igitur eſſe volumus omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam & futurorum ſagacitati, quia quidam vaſſallus fidelis noſter, nomine Richardus, ad noſtram accedens clementiam, innotuit celſitudini noſtræ dicens, quia cum Faſtrada Regina, domini & genitoris noſtri Karoli piiſſimi Auguſti (uxor) de Bajoaria hiemandi gratia ad Francooovurd veniret, avus ſuus nomine Hoſtlaicus, caſu accidente, in præſentia ejus ipſe interfectus, quia prius ipſe idem hominem nomine Ruotmundum interfecerat, & hac occaſione omne proprium ejus, quod habebat pago in illo, & pago in illo, & in villis quæ adnominantur illas & illas, ad publicum revocatum fuiſſet. Proinde deprecatus eſt nos fidelis noſter miniſter Matfredus, ut omne proprium, quod in prædictis pagis & villis, avus prædicti videlicet Richardi, nomine Hoſtlaicus habuerat, & hac occaſione ad publicum revocatum fuerat, in noſtra eleemoſyna ei reddere juberemus. Nos vero Dei miſericordia inſpirante, deprecationem ejus exaudientes, res proprias, quas prædictus avus Richardi nomine Hoſtlaicus juſte & legaliter, eo tempore quo hæc res contigit, poſſidebat & ad publicum revocatæ fuerant, liberalitatis noſtræ munere per hanc noſtram auctoritatem prædicto Richardo perpetualiter ad habendum reddere placuit. Proinde vero hos præceptionis noſtræ imperiales apices firmitatis gratia fieri, & ei dari juſſimus, per quos decernimus atque jubemus, ut prædictum proprium avi ſui Oſtlaici, quod ſuperius deſcripta occaſione ad publicum revocatum fuerat, jure legitimo teneat atque poſſideat, & quidquid ex eo facere vel vindicare voluerit, libero in omnibus potiatur arbitrio faciendi. Et ut hæc auctoritas diuturnis temporibus inviolatam & inconvulſam obtineat firmitatem, annuli noſtri impreſſione ſignari præcepimus.

CHARTA XLII.

Præceptum de rebus redditis.

NOtum ſit igitur omnibus fidelibus noſtris, tam præſentibus quam & futuris, quia quidam homines, Irmengarius videlicet, & germanus ejus Ingilardus, queſti ſunt coram miſſis noſtris, Sicardo ſcilicet & Teutardo comitibus, eo quod quondam Vulfgarius abbas ex monaſterio quod eſt ſitum in monte Jovis, res juris eorum ſitas pagis in illis & villis, quæ advocantur illas & illas, injuſte & contra legem eis lovaſiſſet, & ad prædictum monaſterium revocaſſet. Quæ cauſa dum ab eiſdem miſſis diligenter expenſa & per homines bonæ fidei veritas eſſet inquiſita,

inventum eſt

CHARTA XLIII.

Fol. 78 v°
lin. 26.

CHARTA XLIV.

Fol. 126 v°
lin. 14.

inventum eſt, ſicut iidem miſſi noſtri nobis renuntiaverunt, ita verum eſſe. Proinde placuit ſerenitati noſtræ ut pro mercedis noſtræ augmento, prædictas res, quas prædictus Vultgarius abbas prænominati monaſterii (in) monte Jovis injuſte & contra legem prædictis hominibus abſtulerat, eis per hoc noſtræ auctoritatis præceptum reddere, per quod præcipimus atque jubemus ut nullus comes, neque vicarius, neque centenarius, neque miſſus noſter à palatio dimiſſus, neque poteſtas prædicti monaſterii eis aut poſteritati eorum, de prædictis rebus ullam inquiſitionem aut contrarietatem facere præſumat: ſed liceat eis de eiſdem rebus quidquid facere voluerint, libero in omnibus perfrui arbitrio faciendi. Et ut hæc......

CHARTA XLIII.

Præceptum de libertatibus reſtitutis.

OMnibus fidelibus noſtris præſentibus, ſcilicet & futuris. Cum hoc omnibus certiſſimum ſit nihil magis regiam & imperialem decere majeſtatem, quam ut miſerorum neceſſitatibus ſubveniat: idcirco nos in Dei omnipotentis nomine atque adjutorio poſt deceſſum domini & genitoris noſtri Caroli ſereniſſimi imperatoris, de ſua atque noſtra eleemoſyna inchoantes, decrevimus cum proceribus & fidelibus noſtris, ut per omnes provincias regni à Deo nobis commiſſi, legatos mitteremus, qui omnia prava comitum, ſive judicum, vel etiam miſſorum à palatio dimiſſorum facta diligenter inveſtigarent, & ubi aliquid injuſte factum invenirent, emendarent, & ad juſtitiam revocare contenderent: inter quos cum fideles miſſi noſtri ille & ille, qui in pago illo ob eamdem rationem dimiſſi fuerunt, inter cæteros violenter oppreſſos inveniſſent quemdam hominem nomine illum, ab illo comite quondam injuſte & contra legem ad ſervitium redactum, nobiſque ordinem ac ſecutionem hujuſmodi injuſte & contra legem facti retuliſſent: placuit nobis, atque ita decernimus ut eum iterum ad libertatem ſuam redire permittatur. Quapropter & hoc noſtræ auctoritatis præceptum ei concedere ac dare juſſimus, per quod & ille ab hac die impoſterum à jugo ſervitutis abſolutus ſit, & omnes fideles noſtri agnoſcere valeant, quod nos eum ad priſtinam conceſſimus pervenire libertatem. Præcipientes ergo jubemus ut nullus comes, neque vicarius, neque centenarius, neque miſſus noſter à palatio dimiſſus prædictum hominem, aut filios, vel propinquos ejus, quibus per hanc noſtræ auctoritatis præceptionem, libertatem concedimus ab hac die & impoſterum de ſtatu ingenuitatis ſuæ inquirere, aut calumniam illis facere præſumat: ſed liceat ei & filiis ac propinquis ejus in ſuo proprio quiete reſidere, abſque ullius injuſta contrarietate. Et ut hæc auctoritas..

CHARTA XLIV.

OMnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, & noſtris præſentibus ſcilicet & futuris. Cum in Dei confidentes nomine atque adjutorio, anno decimo imperii noſtri propter quaſdam ſanctæ Dei eccleſiæ, ac regni & populi noſtri à Deo nobis commiſſi utilitates & neceſſitates ordinandas ac diſponendas in Compendio palatio noſtro perveniſſemus, atque hiemandi gratia ibi reſideremus, veniens quidam homo nomine Lambertus, cognomento Aganus, ex pago qui vocatur Petrocius, & ex caſtro quod appellatur Toringius, ad noſtræ celſitudinis præſentiam

[illegible] pippini [illegible] obſides [illegible]

[illegible]

[illegible] obſidiū [illegible] ermenrico [illegible] aguno [illegible]

[illegible] obſidib: [illegible] redeundi adtribuit [illegible]

[illegible] Immone [illegible]

[illegible]

Leg. [illegible]

[illegible] . . . .

CHARTA XLV.

Fol. 72. r° lin. 8.

[illegible] denarialis [illegible]

[illegible] pars [illegible]

Leg. q. [illegible] denariū [illegible] judicium [illegible] abſolutione [illegible]

[illegible] manſuri

[illegible] miſſi [illegible]

[illegible] lugo [illegible]

[illegible] Inquietante [illegible] auxiliante [illegible]

[illegible] . . . .

CHARTA XLVI.

Fol. 78 r° lin. 6.

[illegible]

[illegible] parenter [illegible] regia [illegible] delegerit [illegible] lucrorū [illegible] liberator [illegible]

expoſuit, quod cum tempore avi noſtri Pippini regis obſides ex eodem pago & caſtro, ab eodem rege, propter firmitatis ac pacis ſtudium, ab habitatoribus ejuſdem loci quærerentur & darentur, inter cæteros & ſeipſum in obſidium ab Ermenrico comite & patre ſuo, nomine Agano, datum fuiſſe. Sed poſt non multum temporis ſpatium, cæteris obſidibus licentia redeundi attributa, ſeipſum ab illo temporis ſpatio uſque ad præſens tempus, propter hujuſce rei occaſionem, ablatis rerum ſuarum facultatibus, ab Immone comite vinculo ſervitutis eſſe adſtrictum: cumque hujus facti ordinem à prædicto homine nobis expoſitum cognovimus, placuit nobis ut eum iterum, pro mercedis noſtræ augmento, ad libertatem ſuam & ad res, modo ſuperius conſcripto ſibi ablatas, redire permitteremus. Quapropter & hoc noſtræ auctoritatis præceptum ei concedi ac dari juſſimus, per quod & ille & filii ſui, qui hac occaſione vinculo ſervitutis tenebantur adſtricti, ab hac die impoſterum à jugo ſervitutis abſoluti ſint, & omnes fideles noſtri agnoſcere valeant, quod nos eos & ad priſtinam libertatem, & ad ipſas res, occaſione ſuperius conſcripta eis ablatas, conceſſimus pervenire. Præcipientes ergo jubemus ut neque comes, neque vicarius, neque centenarius, neque miſſus noſter à palatio dimiſſus, prædictum hominem aut filios ejus, quibus per hanc noſtræ auctoritatis præceptionem & libertatem & res ablatas concedimus ab hac die impoſterum, de ſtatu ingenuitatis eorum, aut rebus illis à nobis illis redditis inquietare, aut illis calumniam facere præſumat: ſed liceat eis in eorum proprio abſque ullius injuſta contrarietate quiete reſidere. Et ut hæc noſtræ auctoritatis.......

CHARTA XLV.

Charta denarialis & imperialis.

Notum ſit igitur omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quia nos pro mercedis noſtræ augmento ſervum noſtrum, nomine illum, in procerum noſtrorum præſentia, manu propria noſtra excutientes à manu ejus denarium, ſecundum legem Salicam liberum fecimus, ejuſque abſolutionem per præſentem auctoritatem noſtram confirmamus, atque noſtris & futuris temporibus firmiter atque inviolabiliter manſuram eſſe volumus. Præcipientes ergo jubemus, ut ſicut reliqui manumiſſi, qui per hujuſmodi titulum abſolutionis à regibus vel imperatoribus à jugo ſervitutis noſcuntur eſſe relaxati ingenui, ita deinceps memoratus ille per hoc noſtrum præceptum plenius in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante, Deo auxiliante, perpetuis temporibus valeat permanere bene ingenuus atque ſecurus. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora melius conſervetur.......

CHARTA XLVI.

Charta ingenuitatis Eccleſiæ ſervis.

Auctoritas eccleſiaſtica patenter admonet, inſuper & majeſtas regia canonicæ religioni adſenſum præbet, ut quemcumque ſacros ad ordines, ex familia propria, promovere eccleſia quæque delegerit, in præſentia ſacerdotum, canonicorum, ſimul & nobilium laicorum, ejus cui ſubjectus eſt manumiſſio ſub libertatis teſtamento ſolemniter

[illegible] altarif [illegible] cauē romanū [illegible] ſeruitiū [illegible] uolenſ canonice [illegible] noxie [illegible] libergnitatiſ [illegible] pleniſſimaq; [illegible] auer romani [illegible] uero peculiare [illegible] Inuiolabilem Inconuulſamq; [illegible] laicoſ [illegible]

Fol. 80. v° lin. 16

CHARTA XLVII.

[illegible] regnu [illegible] delegerit [illegible] clericorū [illegible] laicorū [illegible] ſeruitiū [illegible] anhart [illegible] ſeruicia [illegible] meginfridū [illegible] eccleſiaſtici [illegible] cauē romanū [illegible] paginae [illegible] conſcripta [illegible] ſeruituſ [illegible] auer [illegible] noxiae [illegible] peculiare [illegible] clerū [illegible] laicoſ [illegible]

ſolemniter roboretur. Idcirco in Dei nomine ego ille epiſcopus illius urbis, vel abbas, vel abbatiſſa illius venerabilis monaſterii, quemdam eccleſiæ noſtræ famulum nomine illum, ſacris ordinibus dignum ad altaris cornu, nobilium virorum in præſentia, civem Romanum per hoc auctoritatis teſtamentum ſtatuo, ita ut ab hodierno die & tempore bene ingenuus, atque ab omni ſervitutis vinculo ſecurus permaneat, tanquam ſi ab ingenuis fuiſſet parentibus procreatus vel natus; eam denique pergat partem quamcomque volens canonice elegerit, habenſque portas apertas ita ut deinceps nec nobis, nec ſucceſſoribus noſtris ullum debeat noxiæ conditionis ſervitium, neque aliquod libertinitatis obſequium, ſed omnibus diebus vitæ ſuæ ſub certa pleniſſimaque ingenuitate, ſicut alii cives Romani, per hunc manumiſſionis atque ingennitatis titulum bene ſemper ingenuus atque ſecorus exiſtat. Suum vero peculiare quod habet, aut qood ab hinc aſſequi poterit, faciat inde ſecundum canonicam auctoritatem libere quidquid voluerit. Et ut hæc teſtamenti atque ingenuitatis auctoritas inviolabilem inconvulſamquo obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmavi: ſacerdotes qnoque atqne canonicos, necnon & laicos nobiles præſentes ſimiliter ſubter firmare rogavi.

CHARTA XLVII.

Auctoritas eccleſiaſtica patenter admonet; inſuper & majeſtas regia canonicis decretis religione conſtantiſſima concordat, ut quemcumque ſacros ad ordines, ex familia propria, promovendum eccleſia quæque delegerit; hunc in præſentia ſacerdotum, cæterorumque clericorum canonice degentium, ſimulque & nobilium laicorum, is, qui, tunc temporis ejuſdem eccleſiæ rector fuerit, manumiſſione ſolemni à jugo ſervitutis abſolvat, ejuſqno libertatem datam illi, coram teſtibus, ingenuitatis charta confirmet. Idcirco ego in Dei nomine Einhardus abbas venerabilis monaſterii ſancti Servatii confeſſoris Chriſti, hunc famulum eccleſiæ noſtræ, nomine Meginfridum, ad ſacrum ordinem ab unanimitate venerandæ congregationis noſtræ concorditer electum, ad altaris cornu, in præſentia ſacerdotum & nobilium virorum, per eccleſiaſtici atque imperialis decreti, ſicut ſuperius conſcriptum eſt, auctoritatem, civem Romanum ſtatuo; & per hujus paginæ, quæ ob confirmandam ejus ingenuitatem à me conſcripta eſt, traditionem, à vinculo ſervitutis abſolvo: ita ut ab bodierno die vel tempore bene ingenuus, atque ab omni ſervitutis vinculo ſecurus permaneat, tanquam ſi ab ingenuis fuiſſet parentibus procreatus, vel natus. Eam denique pergat partem, quam ei canonicæ liberationis honor conceſſerit, habens ad hoc portas apertas, ſicut cæteri cives Romani; ita ut deinceps neque nobis, neqno ſucceſſoribus noſtris ullum debeat noxiæ, vel ſervilis conditionis ſervitium, neque aliquod libertinitatis obſequium; ſed omnibus diebus vitæ ſuæ ſub certa pleniſſimaque ingenuitate, ſicut alii cives Romani, per hunc manumiſſionis atque ingenuitatis titulum, ſemper bene ingenuus atque ſecurus exiſtat; & de peculiare quod habet, aut quod ab hinc aſſequi poterit, faciat ſecundum canonnm auctoritatem libere quidquid voluerit. Et ut hæc manumiſſionis & libertatis auctoritas inconvulſam atque inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmavi; ſacerdotes quoquo & clerum eccleſiæ noſtræ, necnon & laicos nobiles, qui huic abſolutioni præſentes fuerunt, ſimiliter ſubter

[illegible] trajecto [illegible] ſeruiſſi [illegible]
[illegible] xiiii [illegible] einhardus [illegible] ſcribendo [illegible]

CHARTA XLVIII.

Fol. 72 v.° lin. 6.

[illegible]

[illegible] præſtantiæ [illegible] poſteriores [illegible] aſſtionē [illegible] ſtatu [illegible]

CHARTA XLIX.

Fol. 73 v.° lin. 1.

[illegible] addicta [illegible]

[illegible] Ingiltrauſ [illegible] queſtuſ [illegible] adultero [illegible] cauſa [illegible] angelica [illegible] hildulfo actionario [illegible] romanicuſ [illegible] ingiltrau [illegible] addicta [illegible] hubiratoreſ [illegible]

firmare rogavi. Actum Trajecto citra Rhenum in monaſterio ſancti Servatii, anno, Chriſto propitio, imperii Domini VI. indictione XIIII. Ego Einhardus abbas manu propria ſubſcribendo firmavi.

CHARTA XLVIII.

Præceptum de his quibus proprium aut libertas injuſte & per potentes ablata eſt.

QUoniam regiam & imperatoriam dignitatem nihil æque ac pietas & miſericordia decere cognoſcitur, non ſolum tantum à regibus & imperatoribus ſunt commendandæ, & legibus reſtauratis committendæ, quantum miſeri & violentiam paſſi ſublevandi. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus noſtris, præſentibus & futuris, qualiter cum quidam homines de territorio civitatis illius, de villa cujus vocabulum eſt illius, coram nobis queſti eſſent dicentes, injuſte ſibi ab illo comite ereptam fuiſſe libertatem; & nos hoc ita verum eſſe, fidelibus miſſis noſtris illo & illo inquirentibus, & nobis renuntiantibus, comperiſſemus; juſſimus eos, à jugo iniquæ ſervituris abſolutis, priſtinam reddere libertatem. Propter quod hanc noſtræ auctoritatis præceptionem eiſdem dari juſſimus, per quam decernimus atque jubemus, ut memorati homines, ſive propinqui ex radice venientes, vel poſteritas eorum, qui ſimili modo injuſta ſervitute oppreſſi eſſe noſcuntur, ab hac die in poſterum per hanc noſtram aſſertionem liberi permaneant, & nullam à quolibet fidelium noſtrorum deinceps ſuper ſtatu libertatis ſuæ calumniam patiantur; ſed liceat eis abſque ulla injuſta inquietudine, cum rebus propriis à nobis conceſſis, perfrui libertate. Et ut hæc......

CHARTA XLIX.


Præceptum ſuper his qui injuſtè & contra legem ad ſervitium poſiti, & fiſco non ſuo addicti, & poſtea libertati donati ſunt.

NOtum ſit omnibus fidelibus noſtris, tam præſentibus quam & futuris, quia quidam homo, nomine Ingilbertus, queſtus eſt coram Miſſis noſtris, Etti videlicet Archiepiſcopo & Adalberto comite, eo quod avia ſua, nomine Angelia, ab Hildulfo actionario ad fiſcum noſtrum, qui vocatur Romaricus mons, injuſte ad ſervitium addicta fuiſſet. Quæ res dum ab eiſdem Miſſis, & cæteris fidelibus noſtris diligenter perſpecta, & per homines bonæ fidei veritas inquiſita eſſet, inventum eſt, ſicut iidem miſſi nobis retulerunt, ita verum eſſe. Proinde placuit nobis, ob mercedis noſtræ augmentum, prædictum Engilbertum & propinquos ſuos, qui hac occaſione ſervitui tenebantur obnoxii, hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri, per quod præcipimus atque jubemus, ut ipſe & propinqui ſui, qui modo ſuperius dicto, ſerviruti addicti ſunt, ab hodierno die & tempore, & libertatem obtineant, & res juſte ſibi debitas conſequantur, & nullam deinceps contradictionem, aut calumniam, aut aliquod impedimentum pro hac cauſa, à parte fiſci noſtri, ſe habituros penitus comperiant, ſed ſicut ſuperius dictum eſt, abſque alicujus illicita contrarietate, & libertatem obtineant, & res juſte ſibi debitas, in ſuis ſuorumque videlicet dominio, poſſideant, & quidquid exinde elegerint, faciant. Et ut hæc......

CHARTA


CHARTA L.

Fol. 126. r°. lin. 17.



CHARTA LI.

Fol. 134. v°. lin. 11.



CHARTA L.

NOtum ſit igitur omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter quædam femina, nomine illa, detulit nobis noſtræ auctoritatis præceptum, in quo continebatur, qualiter genealogia ejus à quodam homine, nomine Germano, domini & genitoris noſtri Karoli ſereniſſimi auguſti Miſſo, injuſte ad ſervitium addicta, & ad illum fiſcum regium, qui dicitur Andernacus, adficta fuiſſet, & qualiter à Miſſis noſtris, illis & illis, per noſtram juſſionem ſuper hac re inquiſitio facta, & eis libertas ſimul & res reſtitutæ fuiſſent. Sed quia memorata femina illa ac fratres ſui, quorum iſta ſunt nomina, in eodem præcepto non continebantur inſcripti, ipſa femina in noſtro & conjugis noſtræ ſervitio perſeverabat verna. Ne in poſterum aliqua de ſtatu ingenuitatis eorum contra eos oriri poſſet calumnia...... deprecata eſt nos ut.... fieri noſtræ auctoritatis juberemus præceptum, per quod noſtris futuriſque temporibus, & libertate & rebus ſecurius & firmius potiantur. Cujus precibus.... dilectiſſimæ conjugis noſtræ Hiudit, in cujus Principiſſæ prædicta femina perſeverabat ſervitio, ſuggeſtione permoti adſenſum præbuimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum eiſdem, illi & prænominato germano ſuo, nomine illo, fieri juſſimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut ſic genealogiæ eorum priſtinam libertatem & res, quas injuſte amiſerant, reſtitui juſſimus, ita ut præfata illa, & frater ejus ille, libertatem obtineant, & res, quas nunc juſte & legitime habere videntur, vel inantea adquirere poterunt, jure hæreditario teneant atque poſſideant, & nullam deinceps contradictionem, aut calumniam, aut aliquod impedimentum à quoquam, nec ipſe, nec poſteritas eorum ab hodierno die & tempore, pro cauſa ſuperius conſcripta, ſe habituros penitus comperiant, ſicut dictum eſt, abſque alicujus contrarietate aut præjudicio & libertatem obtineant, & res in ſuo ſuorumque ~~videlicet~~ hæredum dominio perpetim, legitime & firmiter poſſideant, ſuiſque poſteris habenda decernant, & quidquid exinde elegerint, faciant. Et ut hæc auctoritas......

CHARTA LI.

OMnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, atque noſtris, partibus Romaniæ atque Italiæ conſiſtentibus. Notum ſit quia vos homines, Urſum videlicet & Johannem, habitatores Parmæ civitatis, Piriteus per ſua conſcriptionis teſtamenta à vinculo ſervitutis abſolvit, & ad plenariam libertatem eſſe conſtituit; quorum propinquus, qui ſimili modo adfictus & Johannes nominatur, ad nos veniens, & eaſdem abſolutionis chartas obtutibus noſtris offerens, non ſolum eos, ſed & propinquos eorum, qui per eadem abſolutionis teſtamenta, juſte & legaliter plenam aſſecuti ſunt libertatem, cum omnibus rebus & hominibus, quas moderno tempore juſte & legaliter habere & poſſidere dignoſcuntur, ſub noſtro tuitionis atque defenſionis mundeburdo ſuſcepimus, & inantea, Domino nos protegente, retinere volumus. Ideo præcipimus atque jubemus, ut nullus ex vobis, aut ex ſucceſſoribus veſtris, vel etiam ex junioribus veſtris memoratos homines, Urſum & Johannem, nec etiam propinquos eorum, qui, ſicut ſuperius inſertum eſt, per memorata conſcriptionis teſtamenta, juſte & legaliter plenariam libertatem aſſecuti ſunt, de nullis quibuſlibet injuſtis & inlicitis occaſionibus, contra legem & contra juſtitiam, inquietare atque infeſtare, nec de rebus

… moderno …
… diminoratione …
… Ingerere …
… pirrteo …
… consilio …
conuicair …
cursu …

CHARTA LII.

Fol. 84. v°

… subitae …
… psidissima …
… albric …
… subitaneo …

eorum, quas moderno tempore, juſto & legitimo modo tenere & poſſidere dignoſcuntur, vel inantea eis, Domino permittente, ſimili modo adquirere poterunt, aliquam diminorationem facere, aut eis propter hoc quod ad nos venerint, ullam calumniam ingerere præſumat: ſed liceat illis, ſicut & cæteris fidelibus noſtris, qui ſub noſtra defenſione recepti ſunt, abſque cujuſlibet impedimento, una cum omnibus rebus & hominibus ſuis, cum honore & omni ſalvatione, vivere & quieto ordine in libertate, quam, ſicut diximus, à memorato Piriteo adepti ſunt, abſque cujuſlibet contrarietate plenius permanere. Concedimus etiam eis per hanc noſtræ auctoritatis præceptionem, ut quidquid de rebus ſuis & hominibus, quas modo juſte & legaliter retinent & poſſident, vel etiam in poſterum eis, Domino volente, ſimili modo adquirere poterunt, ſuprema mente, ſupremoque conſilio facere deliberaverint, liberam & firmam in omnibus habeant poteſtatem faciendi. Quod ſi aliquis contra hanc noſtræ conceſſionis atque præceptionis auctoritatem ire tentaverit, & memoratos homines, vel propinquos eorum, qui, ſicut diximus, præfatam aſſecuti ſunt libertatem, vel eo quod ad nos venerunt, contra legis & rationis ordinem perturbare convictus fuerit, noverit ſe propter hoc ad noſtram venturum eſſe præſentiam, & de ſua præſumptione atque auſu temerario nobis rationem eſſe reddituram, & ſecundum facti ſui meritum pœnas perſoluturum. Quod ſi aliquæ cauſæ adverſus eos aut homines eorum, qui per eos legibus ſervire videntur, ſurrexerint, vel ortæ fuerint, quæ intra patriam juſte & legaliter finitæ eſſe nequiverint, volumus ut uſque ad noſtram, aut Miſſorum noſtrorum præſentiam, ſint ſuſpenſæ vel conſervatæ, qualiter ibi juſtam & legitimam recipiant ſententiam. Et ut hæc noſtræ...

CHARTA LII.

Præceptum imperiale de rebus ſuis poſt perceptam libertatem.

NEmini putamus eſſe incognitum, eorum videlicet, quos aliquam juris Francorum conſtat habere notitiam, quod omnes manumiſſi, qui liberti vocantur, ſi inteſtati deceſſerint, non alium quam fiſcum noſtrum rerum ſuarum hæredem ſunt relicturi: & quoniam ad hoc parendum quidam ex his, qui libertate donantur, poſſeſſiones ſuas hominibus perfidis liberis tradunt, ut, ſi forte ſubita morte præventi, nec teſtamenta facere, nec eas taliter ordinare, vel diſponere potuerint; hi qui eas ſumunt, hoc de eis faciant quod illi voluerunt, ac facere rogaverunt, qui eas illorum fidei commiſerunt. Sed ſolet miſeria ex terreſtrium cupiditate cognoſci, ut res ſuæ fidei commiſſas non ad filios defunctorum, ſicut ipſi voluerunt, pervenire faciant; ſed neque in eleemoſynam pro ſalute eorum vel tradant, vel erogando diſtribuant, quin potius ſibi velut legitime collatas ad proprium, perfidiſſima voluntate, vindicare contendant. Quod prævidens, & ne ſibi accidere poſſet, cavere cupiens fidelis noſter Albricus actor, quia & ipſe cum domini & genitoris noſtri Karoli piiſſimi principis ſervus eſſet, munere clementiæ illius libertatem eſt conſecutus, manſuetudini noſtræ ſupplicavit, ut talem noſtræ auctoritatis confirmationem à nobis accipere mereretur, per quam ſecure fieri poſſet, ut res & bona ſua, quæ poſt acceptam libertatem juſto atque legaliter adeptus eſt, ad filios ſuos ex noſtra largitione pervenirent, ſi ſubitaneo caſu præventus ea tradere, vel diſponere non potuiſſet: & ut ſibi neceſſario inhiberet, ut vel ipſe bona ſua tacito alienæ fidei committeret,

[illegible] fidiū [illegible] ſedulit [illegible]

[illegible]

[illegible] ſubitanea [illegible]

[illegible] pdicte [illegible]

[illegible]

CHARTA LIII.

Fol. 80. r° lin. 9.

[illegible] heau [illegible]

[illegible] bezone [illegible] ſalicā [illegible]

[illegible] ſitur [illegible] cuhngre [illegible] cumuente [illegible]

dotune [illegible] iudicionalē

[illegible] poſteriū [illegible]

[illegible]

l. h. [illegible]

haro [illegible]

l. l. [illegible]

[illegible]

CHARTA LIV.

Fol. 134 v° lin. 1a

[illegible]

[illegible] ſubnixū [illegible]

[illegible]

committeret, vel filios ſuos per cujuſlibet perfidiam exhæredaret. Cujus petitioni propter ejus ſedulum ac devotum ſervitium nobis annuere placuit, ac proinde hoc noſtræ imperialis auctoritatis præceptum eidem fideli noſtro concedere, ac dare ſtatuimus, per quod decernimus atque jubemus, ut ſi memoratus fidelis noſter ille, vel morte ſubitanea, vel alio quolibet caſu ita præventus fuerit, ut res ſuas proprias aut tradere, aut diſponere ſolemni conſuetudine non poſſit, & inteſtatus divino judicio vitam deceſſerit, neque comes, neque vicarius, aut centenarius, neque ullus judex, aut actor publicus, vel quælibet alia qualicumque dignitate prædita perſona, res ipſius, quas eo tempore inordinatas atque indiſpoſitas reddiderit, aut invadere, aut ſicut mos eſt, quaſi ad noſtram partem recipiendas, occupare præſumat; ſed liceat filiis ejus, ſi ei ſuperſtites fuerint, eaſdem res ex noſtra conceſſione recipere ac poſſidere, & de eis facere quidquid ſuprema voluntate decreverint. Et ut hæc auctoritas noſtræ præceptionis certior habeatur, ac majorem ſui vigoris obtineat firmitatem, manu propria....


CHARTA LIII.

NOtum ſit igitur omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ ac noſtris, præſentibus ſcilicet ac futuris, quia Haimannus comes fidelis noſter, noſtram adiens clementiam, innotuit celſitudini noſtræ, qualiter ab Erchamberto, filio quondam Rodonis, & Bettone ejuſdem Rodonis propinquo, quos olim ſecundum legem Salicam ingenuos relaxaverat, quaſdam res ſitas in pago Aulinge ſuperiori, in certis locis, ſeu & in Caniucinſe, in loco nuncupante Dotane curte, cum mancipiis & omnibus attinentiis pretio ſibi emptas habuiſſet, atque ex eis vindicionalem chartam ſolemni traditione acceptam habuiſſet: ſed ad cedendum ſe interceptum in poſterum excuſare conaretur, ut in tali re fieri ſolet, quorum iniquæ intentiones. Petiit celſitudinem noſtram, ut ipſas emptiones denuo per noſtræ manſuetudinis præceptum plenius confirmare deberemus. Cujus petitionem denegare noluimus, quippe cum memoratos Erchambertum & patrem ejus illum, necnon & propinquum eorum illum, non ſolum libertate donaverit, verum etiam res, in quibuſlibet pagis vel territoriis, juſte legaliterque ſibi adquiſitas adquirendaſve, auctoritatis noſtræ præcepto ei firmaveramus; ſed ſicut unicuique fidelium noſtrorum juſte petentium, ita nos illi conceſſiſſe, atque in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus, ut prædictas res & poſſeſſiones, ſecundum dimenſionem & conventionem in chartis venditionalibus conſcriptas, totum & in integrum, vel ad effectum, cum mancipiis deinceps per hanc noſtram auctoritatem, jure firmiſſimo teneat atque poſſideat, & quidquid exinde facere voluerit, libero......

CHARTA LIV.

INter omnes, qui divini vel humani juris ſcientiam............ cognoſcunt, conſtat non ſolum immutari non debere, verum etiam ſumma firmitate ſubnixum manere quidquid bona fide conſtrictum eſt...... inter partes pro ambarum utilitate commutatum eſt. Idcirco placuit atque convenit inter illum Abbatem & illum comitem de loco illo, quod ita nominatur, ut aliquas res inter ſe commutare deberent. Quod ita & fecerunt. Dedit igitur prædictus vir ille, memorato illo in loco, ad partem venerabilis monaſterii illius de rebus ſuæ

Digitized by Google



Fol. 78. r°. lin. 11.

proprietatis in pago illo, & in villa illa, tantum & tantum. Et è contra recepit ab eo duce prædicti monaſterii . . . . eo videlicet modo, ut quidquid pars parti contulerit in perpetuum teneat atque poſſideat, & pro commodo vel utilitate ſua, de rebus ſibi collatis, faciat quidquid ſingula voluerit. Denique & quia hæc commutatio permiſſione atque licentia domini & glorioſiſſimi imperatoris facta eſt, nullo unquam tempore à qualibet parte vel perſona diſſolvi vel convelli, aut ad alium factum valeat immutari: ſed recta commutatio, tam contrahentium quam & teſtium probabiliorum, manibus atque ſignaculis roborata, perpetuam obtineat firmitatem diſtinximus commutata. De ſimila maltrum I. & ſemis, de polline maltros III. de farina . . . . penſas VI. de alia farina penſas quatuor . . . . . porcelli XIII. agnelli III. . . . . pulcini XII. paſtæ IIII. de lardo baconis II. & ſemis; ſi autem de porco I. anſeres II. aucæ II. de aceto dimidium ſextarium, mellis ſextarium unum, ſinapis ſtaupum I. lactis modium unum . . . . . . ſalis ſextarios VI. formatici VI. herbarum horti braciata I. ceræ libras quinque, ſaponis ſectarios VII. de vino . . . . . . I. & dimidium, de alio vino modios VIII. & ſemis, de cerviſa modios XV. medone ad bibendum maltros L. garbas D. de lignis menſuras L. faſciculos D. brumalis cammæ maltros LVI. alecum VII. . . . . paraverda LXV. aut L. carra . . . . .

Ego ille epiſcopus civitatis illius, manu propria ſubſcripſi. Actum in civitate illa, in Baſilica ſancti illius, firmantibus illis, anno illo imperii domini ac præſtantiſſimi illius Imperatoris, indictione illa.

Actum ex publico loco in Baſilica ſancti illius, firmantibus illis, anno illo imperii domini imperatoris illius, indictione illa.

Idcirco ego in Dei nomine humilis ac devota Chriſti famula, Abbatiſſa venerabilis monaſterii illius quemdam eccleſiæ noſtræ famulum, & cætera.

NOTATIONES

Digitized by Google

NOTATIONES
IN CHARTAS
LUDOVICI PII.

Digitized by Google

NOTATIONES
IN CHARTAS
LUDOVICI PII.

IN CHARTAM PRIMAM.

ILLUSTRE eſt, quod ex hac Chartâ eruitur, hiſtoriæ, cùm eccleſiaſticæ tum civilis, monumentum; civilem quippe locupletat, cùm duas Sclavorum ſeu Winidorum, hactenus Hiſtoricis noſtris prorsùs incognitas, appellationes profert; nihil enim apud Rerum Gallicarum Scriptores de Moinwinidis & Radanzwinidis, qui ab illorum inter *le Mein,* Moinum & Radanziam fluvios ſitu, ita ſunt appellati. De iis pariter ſilet *le Rednitz.* Hugo Grotius in Prolegomenis ad hiſtoriam Gothorum, ubi ſingulas earumdem gentium portiones, ſuis nominibus eruditè diſtinguit.

Eccleſiaſticam verò hiſtoriam illuſtrat, dum expreſsè docet quindecim Eccleſias, jubente Carolo Magno, iis in locis fuiſſe conſtructas, ut faciliùs Chriſtianis operibus populus ille recèns ad fidem Chriſti converſus, vacare poſſet. Hoc enim ſummatim tantùm innuebant Annales Moiſſiacenſes, atque Fragmentum de rebus Caroli Magni cum Sclavis, apud Ducheſn. tom. 2. pag. 221. *Imperator* (*Carolus M.*) *præcepie Arnoni Archiepiſcopo pergere in partes Sclavorum, & prævidere illam omnem regionem, eccleſiaſticum officium more epiſcopali colere, populoſque in fide & Chriſtianitate prædicando confortare. Sicut ille præcepit, fecit: illuc veniendo conſecravit Eccleſias, ordinavit Preſbyteros, populumque prædicando docuit.*

Hinc etiam diſcimus, repugnante licèt eccleſiaſticâ diſciplinâ, quâ ex ſtatutis Conciliorum vetitum erat Epiſcopis, ne eccleſiam conſecrarent; niſi dos ſufficiens, Clericis in ea deſervituris, ab ædificatoribus priùs collata fuiſſet; eas nihilominùs eccleſias indotatas perſeveraſſe, uſque dum ad preces Wolsgeri Wirciburgenſis Epiſcopi, ſub cujus regimine erant, iis dotem, in hac Chartâ memoratam, aſſignaverit Ludovicus Pius: quod præſtitiſſe certum videtur ante annum 832. quo Wolsgerus II. Idus Novembris obiit, cùm ſediſſet annos XXII. menſes VI. dies XI. *ex Chronico Wirzburg. apud Baluz. tom. 1. Miſcell. pag.* 504. Wolfgerus nuncupatur apud Mabill. *in Act. SS. Bened. ſæc.* 3. *part.* 1. *pag.* 716. & *in Annal. Bened. tom.* 11. *pag.* 416.

Notandum quoque eſt, ut magis firmetur Cangii ſententia ad voc. *Baſilica* in Gloſſario, Baſilicas hîc appellari Eccleſias conſecratas, quibus miniſtrabant Clerici.

IN CHARTAM II.

FACTUM docet nos hæc Charta hactenus, ut opinor, ignoratum; altum enim de eo ſilentium apud Sammarthanos & D. *Pommeray* in Hiſt. Archiep. Rothomag. Bene eſt certè, quòd Williberti nomen excidit notario noſtro: in aſſignando quippe Archiepiſ-

copo, cui hoc acceptum referendum erat, nullo aliunde ſuffultus monumento, dubius hæſiſſem. Rem feciſſet gratiſſimam idem notarius, ſi notas chronicas non prætermiſiſſet, quibus anni epiſcopatûs Williberti potuiſſent illuſtrari, viri cæterùm percelebris ex Capitularibus & Vitâ Ludovici Pii; unde Willibertum, cùm nondum Archiepiſcopus eſſet, Imperatori à Secretis, deinde verò Miſſi Dominici legatione cohoneſtatum fuiſſe diſcimus. Huic ſucceſſerat in Archiepiſcopatu Ragnowardus anno 828. ut colligitur ex Capitulari ejuſdem anni.

Non inaudita vox *Monaſterium*, eo ſenſu quo in hoc Diplomate uſurpatur, ad ſignificandam Cathedralem Eccleſiam, ſeu Canonicorum habitationem. Vide *Gloſſar. med. & inf. Latinit.* in voce *Monaſteria*, *col. 895.*

IN CHARTAM III.

AD Eccleſiam Aurelianenſem ſanctæ Cruci nuncupatam, cui ſub hoc tempus præerat magni nominis Præſul Theodulfus, referendum eſſe hoc Diploma nullus dubito: nec mihi negotium faceſſit, quòd Archiepiſcopi nomine illuſtretur Theodulfus; eâdem enim appellatione donatur in Chartâ ejuſdem Ludovici Pii, apud Baluz. in Append. ad Capitul. col. 1410. quod & alibi, ubi de epiſcopis agitur, non ſemel occurrit. Hanc telonei, ad uſum Eccleſiæ ſuæ, confirmationem ab Imperatore exoravit, ut veriſimile eſt, Theodulfus ante annum 817. quo, ob ſuſpicionem initæ cum Bernardo Italiæ Rege conjurationis, Andecavos amandatus fuit.

Hîc *cenſuram* judicium interpretare; *commercii* verò nomine merces, quæ in commercio poſitæ ſunt, deſignantur.

IN CHARTAM IV.

HUIC ſimillimum, ſcriptumque totidem fere verbis præceptum, pro Eccleſia Aurelianenſi, edidit Baluz. in Append. ad Capitul. col. 1410. ex quo tranſpoſita aliquot verba in Codice MS. ſuo loco reſtituere licuit: at mihi religio fuit ea, quibus Charta hæc concluditur, quamvis ſuperflua ſint, omninò reſecare.

IN CHARTAM V.

IS eſt Jonas Nivernenſis Epiſcopus, qui Concilio, Pariſiis habito in Eccleſia ſancti Stephani de Greſſibus, anno 828. interfuit. Aliud itidem præceptum à Ludovico Pio obtinuerat, cujus meminit Carolus Calvus in privilegio anni 841. quo Herimanno ejuſdem Eccleſiæ Pontifici inſtrumenta amiſſa renovat, & donationes confirmat, apud Mabill. *lib. 6. Diplomat. pag. 527.*

Conſulendus Valeſius in Notitiâ Galliarum circa fluviorum nomina, quorum hæc Charta mentionem facit. Elarius, qui rectiùs Elaver diceretur, corruptiùs Hylarius appellatur in Chartâ ejuſdem Ludovici Pii, apud Baluz. *in Appendice ad Capitul. col.* 1406.

IN CHARTAM VI.

HUIC haud multùm abſimilis eſt Charta tom. 4. Gall. Chriſt. inter inſtrum. col. 265. edita, quæ precibus Hildebaldi Matiſconenſis Epiſcopi, anno 816. conceſſa eſt à Ludovico Pio: aliam tamen eſſe attentus Lector facilè reperiet. Mirum eſt quod eâ tempeſtate, quâ invaleſcere cœpit uſus, ut prædia eccleſiaſtica in beneficium militaribus concederentur, ſæpius neceſſe fuerit auctoritate regiâ eos cogere, ut debita ex eis ſervitia eccleſiis redderent. Hæc verò quæ fuerint, docet hoc diploma: *nonas* videlicet jure beneficiario, *decimas* jure eccleſiaſtico perſolvere tenebantur, necnon & ad ædificia eccleſiarum reparanda pro viribus, ſeu habitâ beneficii ratione, contribuere. Vide *Capitul.* 4. *Ludovici Pii an.* 819. *cap.* 5. *& Gloſſar. med. & inf. Latinit. ad* vocem *Nona* 2.

IN

IN CHARTAM VII.

Frustra libros evolvi, ut Epiſcopum aut Eccleſiam, cui illud diploma aptari poſſet, deprehenderem; magno certè hiſtoriæ eccleſiaſticæ detrimento: intereſt enim noſſe virum ordinis canonici reſtitutorem, reparatoremque eccleſiaſticorum ædificiorum. Sufficiat itaque ex hac Chartâ eruere, quando nomen ſcire non licet, hunc Epiſcopum ſub Carolo Magno, & Ludovico ejus filio vixiſſe, atque exoraſſe ut pius Imperator calculum ſuum adderet iis ſtatutis, quæ ex licentiâ Caroli Magni ipſe Pontifex promulgaverat. Ut autem nihil à me neglectum ſcias, legeſis Chartam quam Martenius edidit *tom.* 1. *ampliſſim. Collect. col.* 68.

In eo etiam maximè hoc præceptum obſervatu dignum eſt, quòd nos doceat quâ ratione bona eccleſiaſtica tunc ab Epiſcopis adminiſtrarentur: diſcimus nempè penes eos fuiſſe, modò Imperatoris accederet conſenſus, eorum bonorum diſtributionem, quam tamen ſemel ſtatutam revocare ipſis minimè licitum erat.

Obliterata eſt in Codice MS. vox, quæ in lemmate hujus Chartæ omittitur.

IN CHARTAM VIII.

In cujus Eccleſiæ gratiam datum ſit hoc diploma, nihil eſt in eo quod demonſtret: Pariſienſis-ne, an alia ſit, ex eo colligi non poteſt, quòd ſub invocatione beatæ Mariæ Virginis dicata pronuntietur.

IN CHARTAM IX.

Tres in Galliis, imperante Ludovico Pio, novimus Eccleſias cathedrales, ſub invocatione ſancti Joannis Baptiſtæ Deo conſecratas, Bellicenſem nempè, Vaſatenſem & Maurienenſem: iis enim Lugdunenſem accenſendam non puto; nondum quippe, ut mihi videtur, ſanctum Stephanum priorem patronum ſuum cum ſancto Joanne Baptiſta commutaverat. Cui verò earum trium Eccleſiarum reverâ tribuendum eſt hoc Imperialis tuitionis præceptum, definire non valeo; maximè cùm ab aliquâ extra Gallias Eccleſiâ juſtè fortaſſis repeteretur.

IN CHARTAM X.

Hæc pluribus, quæ in publicam lucem prolata ſunt, ſimillima eſt Charta, nihilque in eâ quod notatu dignum ſit obſervo, præterquàm quod ad antiquiſſimam epiſcopalem Eccleſiam ſpectet.

IN CHARTAM XI.

Dum Vaifarius Dux, ſeu Princeps Aquitanorum, qui & Rex nuncupatur à Joanne de Monſterolio in Epiſt. 22. apud Marten. *t.* 2. *ampliſſ. Collect. col.* 1352. rebellis fuit, hoc eſt, per novem annos, quibus eccleſiarum bonis præcipuè bellum indixit, tot eccleſiæ eas, quæ in hoc Diplomate memorantur, calamitates expertæ ſunt; ut in promptu non ſit eam nominare eccleſiam, cui potiſſimùm attribuenda eſt iſthæc Diplomatis Carolini confirmatio. Inter cæteras inſignis procul dubio erat illa, de quâ hîc agitur; utpote cui ampliſſimæ à Regibus, Reginis, aliiſque aſſignatæ fuerant dotes, & ſubjecta virorum atque ſanctimonialium plurima Monaſteria: quæ omnia non malè conveniunt eccleſiæ Narbonenſi: porrò Narbonam prædatum eſſe Vaifarium docet *Chronicon Moiſſiac. ad an.* 756. Nihil tamen definio. Vide *Chron. Fredeg. cap.* 125. *& ſeqq. Eginhardi Annal. ad ann.* 760. *&c.*

IN CHARTAM XII.

Hæc ad Vaifarii Aquitanorum Ducis tempora, quibus res eccleſiarum ab inquieto

homine direptæ ſunt, ut ad præcedentem Chartam notatum eſt, referenda exiſtimo; ſed Eccleſiam, ad quam pertineat hæc Ludovici Pii confirmatio, nihil certò prodit.

Mallem in procemio hujus Diplomatis *parentes obſequio*, pro *præſentes*: at in codice MS. ſcriptum eſt *præſentes*, non *parentes*, Librarii forſan errore, quem obſervare, non corrigere debui.

IN CHARTAM XIII.

INTEGRAM hanc Chartam, ſi quinque lineas priores excipias, quæ ad alterius Diplomatis procemium pertinent, ediderunt Baluzius *in Append. ad Capitul. col.* 1412. & Martenius *tom.* 1. *Ampliſſ. Collect. col.* 63.

IN CHARTAM XIV.

CIRCA annum 598. iſtud ſuburbanum ſancti Joannis monaſterium conſtruxit ſanctus Licinius, Andecavorum Epiſcopus, multis prædiis in Monachorum uſus aſſignatis, ibique ſepultus eſt. Apprimè inter ſe conveniunt Charta noſtra, & vitæ ſancti Licinii Scriptores, apud Bolland. *tom.* 2. *Febr.* Anonymus Andegav. *pag.* 682. *col.* 1. ita ſcribit: *Sepultus eſt* (Licinius) *cum magnifico honore in eccleſiâ ſancti Joannis Baptiſtæ, quam ipſe à novo fundaverat: in quâ agmina Monachorum congregaverat, & in eâ regulariter militare conſtituerat.* Marbodus verò hæc habet *pag.* 685. *col.* 1. *Cœperat vir ſanctus ædificare monaſterium extra civitatem, non longè à muris, quod poſtmodum rebus & poſſeſſionibus copiosè dotatum in honorem ſancti Joannis Baptiſtæ, ſicut optaverat, dedicavit.* Hanc Baſilicam modò occupant canonici ſæculares, ut obſervat Mabillonius *tom.* 1. *Annal. Bened. pag.* 250. apud quem nihil omninò de Ingilfrido abbate legitur; nec alibi, quod ſciam. Virum tamen faſtis non Benedictinis modò, ſed & publicis dignum fuiſſe colligitur ex hac Chartâ, utpote qui in negotiis Britanniæ componendis ab Imperatore miſſus, Deo & Reipublicæ gratam operam præbuerit: nihil enim aliud innuere videntur hæc verba: *Dum eſſet Britanniæ partibus in Dei ſervitio & noſtro Ingilfridus abbas.* Porrò tres Britonum tumultus ſub Ludovico Pio novimus: primum ſub anno 818. refert Eginhardus, quo ſedato Imperator Andegavum venit; alterum ſub anno 824. tertium ſub anno 835. memorat Aſtronomus auctor vitæ Ludovici Pii: cuinam verò aſſerenda eſt Ingilfridi abbatis legatio, ſtatuere certò non poſſum.

Autulfus comes de quo hîc mentio fit, idem videtur qui Audulfus ſeneſcalcus, quem exercitui in Britanniam miſſo præfeciſſe Carolum Magnum, ſcribunt Annales Francorum, auctor incertus vitæ Caroli Magni, & Monachus Engoliſm. ad annum 786. Autulfus appellatur in Annal. Fuld. & in Hermanni Chronico ad eundem annum: *Carlus per Autulfum ſeneſcalcum, miſſo exercitu Britones domuit.*

Notandum quoque eſt Clericorum nomine, hîc Monachos ſignificari, quod iis temporibus haud inuſitatum erat. De villa *Maſſiliacus* ſilent Geographi.

IN CHARTAM XV.

HUJUS Gemeticenſis abbatis nihil, præter nomen, occurrit apud Sammarthanos, nec quidem, ut opinor, loco ſuo poſitum. A Mabillonio prorsùs omittitur in Annalibus Benedictinis. Ante Heribertum, qui huic monaſterio præerat an. 837. vixiſſe probabile eſt. Superfluum eſt in hac Chartâ, quod intra parentheſin concluditur; cætera aperta ſunt.

IN CHARTAM XVI.

MULTUM in monachos ſuos beneficus exſtitit abbas Deusdedit: iis liberam abbates ſuos eligendi facultatem ab Imperatore obtinuit, ut diſcimus ex Chartâ anni 835. à Mabillonio editâ ſæc. 4. Bened. part. 2. pag. 576. ex quâ etiam manifeſtum fit; prioribus imperii Ludovici Pii annis alligandum eſſe hoc diploma. Aquæductum præterea

Digitized by Google

Monaſterii ſui, aliorumque in eo habitantium commodo fecit, atque ſollicitè curavit, ut imperiali præcepto illius uſus perpetuò iis aſſereretur. Quod factum nemo nos hactenus docuerat. Hic aquæductus à monte ſancti Simeonis dicto, qui abbatiæ ſupereminet, & ubi etiamnum fontes ſcaturiunt, ad monaſterium ſancti Germani naturali declivitate decurrebat.

IN CHARTAM XVII.

CHARTAM quam hîc ex Codice MS. mutilam exhibemus, integram edidit Martenius *tom. 2. ampliſſ. Collect. col.* 23. Notanda tamen eſt nominum Hilderici, Remachi & Vuironti ſcriptura.

IN CHARTAM XVIII.

SI rectè, quod puto, Arnulfi nomen in hac Chartâ legitur, iſtud immunitatis regiæ præceptum, in gratiam monaſterii Glonnenſis, ſeu ſancti Florentii veteris, ad Ligerim poſiti, conceſſum fuiſſe probabile omninò videtur: ſed & ipſum eſſe diploma facilè crediderim, quo Ludovicus Pius Arnulfo confirmavit cuncta donaria, quibus ſub Albaldo Arnulfi prædeceſſore, iſtud monaſterium nobilitaverat Carolus Magnus, ut obſervat Mabillonius *tom. 2. Annal. Bened. pag.* 384. quod ante annum 826. datum eſſe certum eſt, cùm in brevi chronico Glonnenſi, apud eumdem Mabill. *ibid.* Arnulfus hujus monaſterii abbas poſt annos regiminis ſexdecim, dicitur obiiſſe anno 825. Convenit præterea ſitus monaſterii, quod ſuper fluvium conſtructum eſſe dicit hoc diploma. Celebris eſt abbas Arnulfus, utpote qui cum Benedicto Anianenſi multùm adlaboravit, ut reſtitueretur in Galliis monaſtica diſciplina: Ludovico Pio etiam gratiſſimus fuit; ab eo enim, ut legimus in hac Chartâ, regimen monaſterii ſui acceperat.

IN CHARTAM XIX.

JAM typis mandatum erat hoc diploma, cùm illud idem, variis quibuſdam lectionibus tantùm diſcrepans, editum eſſe ſub anno 822. inter Inſtr. *tom. 1. Hiſt. Occit. col.* 58. à viro docto & amico didici; haud ingratis quidem: nam ſi novum hiſtoriæ monumentum promulgaſſe laus mihi ſublata eſt, mea notas Tironis interpretandi methodus inde denuò ſtabilitur & firmatur. Tructeſindi abbatis Anianenſis rogatu hanc conſtitutionem ſcribi juſſit Ludovicus Pius quâ definit quibus limitibus circumſcripta ſit eccleſiarum, ſeu monaſteriorum immunitas, & quando violata cenſeri debeat, ſtatuitque ſexcentorum ſolidorum pœnâ, quæ fractæ immunitatis æſtimatio erat, multandos ejuſdem violatores. Idem ſtatutum reperies in *Capitularibus lib. 5. cap.* 279.

De vocum *Caſticia, Juniores & Miniſterium* interpretatione, conſule *Gloſſar. med. & inf. Latinit.*

IN CHARTAM XX.

CUI monaſterio indultum fuit hoc diploma, definire in promptu non eſt; multa enim novimus in ſuburbiis conſtructa monaſteria, & quidem ſancti alicujus Confeſſoris corpore celeberrima. Id tamen aliquam lucem præfert, quod rogatu cujuſdam archiepiſcopi, ſimul & abbatis dicatur conceſſum, illudque ad monaſterium, in ſuburbio civitatis ad Ligerim poſitæ, conſtructum ſpectare videatur. Quæ omnia apprimè conveniunt Theodulfo Aurelianenſi epiſcopo, ſanctique Aniani abbati, qui, uti obſervant Galliæ Chriſtianæ auctores Benedictini, *tom. 8. col.* 1521. præceptum obtinuit à Ludovico Imperatore, pro teloneo de ſex navibus. Vide notationem in Chartam III.

De vocibus verò, quibus varia vectigalia hîc ſignificantur, conſule *Gloſſar. med. & inf. Latinit.*

IN CHARTAM XXI.

Machinamentum in hac Chartâ intellige verſutiam, peſſimumque quodvis conſilium,

quo aliquid juſtè factum impugnatur. Nihil aliud ibi obſervo; cætera enim paſſim occurrunt in Chartis editis, quibus res alicui eccleſiæ vel monaſterio conceſſæ confirmantur.

IN CHARTAM XXII.

MULTA neceſſe eſt unà concurrant, ut certò deſignari poſſit eccleſia, in cujus gratiam datum eſt hoc diploma. Imprimis enim aſſignandum eſt monaſterium, & illud quidem antiquum, *in honore ſancti Petri Apoſtolorum Principis* conſtructum, cui, ſub Ludovico Pio, abbas pariter & epiſcopus præfuerit: dehinc oſtendendum eſt quâ in regione exſtat *Vallis Reumagenſis*, quæ ad monaſterium, ſub titulo S. Petri, pertinuit; aut etiam in quâ illud ædificatum fortè exſtitit. Hæc, fateor, ut ſimul jungerem fruſtra adlaboravi; quamobrem ea tantùm argumenta proponam, quæ à verò minùs abeſſe mihi viſa ſunt: certiora, qui habuerit, doceat.

Nantuacenſe apud Sebuſianos, in pago Lugdunenſi, monaſterium, cujus baſilica beato Petro primitus eſt ſacrata; ſitum eſt, ut ſcribit Mabillonius *tom.* 1. *Annal. Bened. pag.* 461. in gratâ planitie, fecundâ paſcuis, & aquis irriguâ; hujus anno 818. abbas erat Adalramnus I. epiſcopus Matiſconenſis: ſed huic planitiei vocabulum erat *Marulus*, dictam Reumagenſem nuſquam video.

Augienſi monaſterio ſancti Petri abbas præerat, anno 816. Ahyto, ſeu Hayto, vel Hatto epiſcopus Baſileenſis, uſque ad annum 822. vel 823. ut docet Mabillonius *tom.* 2. *pag.* 424. & 485. at nihil de *valle Reumagenſi* occurrit inter poſſeſſiones hujus monaſterii.

Verùm, ſi archiepiſcopi vel epiſcopi nomen non attendamus, atque ob id tantùm in hac Chartâ, quòd ad formulam redacta ſit, inſertum putemus, præſto eſt monaſterium Fontanellenſe, cui commodè aſſignari poteſt illud præceptum: conſtructum quippe eſt à S. Wandregiſilo in anguſtiſſimâ valle octodecim ferè millibus infra Rotomagum, unde *vallis Reumagenſis* fortaſſe dicta eſt. Illic, ut obſervat Mabill. *ibid. t.* 1. *pag.* 401. conditæ baſilicæ tres: prima & princeps in honorem ſancti Apoſtolorum principis. Favet etiam huic conjecturæ, Abbatum Fontanellenſium apud Ludovicum Pium auctoritas, à quo Traſarus paulò ante quàm regimen monaſterii abdicaret, hoc eſt, anno 816. literas mundeburbii Fontanellæ à Carolo Magno indultas, ratas haberi obtinuiſſe dicitur. Traſarum excepit Eginhardus ad annos fermè ſeptem, quibus exactis, locum Anſegiſo ceſſit, anno ſcilicet 823.

Si quis verò ad vallem Reumagenſem propiùs accedere putet *Remagen*, locum quemdam in diœceſi Colonienſi ad Rhenum poſitum, qui & *Rigomagus* nuncupatur, de quo in *Actis SS. tom.* 5. *Jul. pag.* 377. & 378. *col.* 1. pertinaciter non repugnabo: cùm hæc ſpectare poſſint ad Stabulenſe & Malmundarienſe monaſteria, ſancto Petro dicata, quibus præerant anno 814. Wirundus, ut patet ex Chartâ ſuperiùs allatâ, num. XVII. & an. 827. Hauto, qui è vitâ migravit ſub annum 836.

IN CHARTAM XXIII.

SUPERFLUUM eſt monere hunc eſſe Adalardum, Abbatem monaſterii Corbeïenſis, quod eſt ſitum ad Sumnam in pago Ambianenſi; res eſt, ut opinor, aperta: quo verò tempore, utrum ante, an poſt Adalardi exſilium, peracta fuerit hæc commutatio, haud ita palam eſt; cùm hac de re ſileat Charta noſtra, nec aliud præſto ſit monumentum, ex quo id erui liceat, ſive apud Adalardi vitæ Scriptores, ſive apud Mabillonium.

Audriaca villa, quæ & Odreia villa dicitur, ad dextram Alteiæ ripam ſita eſt inter Ambianos & Atrebates, quibus in pagis, quaſdam villas monaſterio Corbeïenſi olim conceſſerat Chlotharius Rex, unde hæc commutatio fieri potuit.

Magnarius comes & actor, qui huic commutationi ab Imperatore præponitur, idem videtur eſſe atque Magnarius comes, cujus juſſu limites villæ & cœnobii Caunenſis

deſignantur

deſignantur, ſub Carolo Magno anno 792. ex Chartâ ejuſdem monaſterii laudatâ à Mabillonio *Diplom. lib. 6. pag.* 504.

Notanda denique eſt hæc Charta, quippe quæ aliis omnibus, eâdem de re accuratiùs nobis exhibet quidquid in commutationibus, ſolemniori modo habitis, agi ſolitum erat.

IN CHARTAM XXIV.

NIHIL hæc Charta diſcrepat à conſuetis formulis, quibus Rex ſeu Imperator ſolebat Chartas commutationum, inter partes initarum, confirmare. Plures hujuſcemodi ediderunt Baluzius in *Appendice ad Capitularia*, Mabillonius in *Re Diplomaticâ.* Martenius in *Anecd.* & *Ampliſſ. Collect. t.* 1. & *alii.*

IN CHARTAM XXV.

NOTANDA hîc omninò eſt Cæſaris appellatio, quâ nuſquam uſus eſt Eginhardus, neque alii Scriptores noſtri, ubi Lotharium in ſocietatem imperii à patre vocatum referunt; in nullo quoque ex iis, quæ plurima legi, authenticis monumentis occurrit: legitur quidem in lemmate appendicis tertiæ ad librum IV. Capitularium: ſed quæ hujus inſcriptionis fides, quæ auctoritas? certè tanta non eſt, ut facto aliundè ignoto fidem conciliet.

Herinſtein villa, quæ hîc dicitur eſſe pagi Alſacenſis, eadem eſt cum Erinſtein inter Illum & Iſcheram amnes, quæ in diviſione regni Lotharii inter villas, quæ Ludovico ceſſerunt, recenſetur *tom.* 2. *Capitul. col.* 223. Eam Hirmingardi uxori ſuæ in dotem aſſignaverat Lotharius, ubi monaſterium pro nobilibus ſanctimonialibus conſtruxit piiſſima Imperatrix. Vide *Hiſt. Alſat. inter Probat. pag.* 19. & *Chron. Gottvvicenſe, lib.* 3. *pag.* 481.

Atque hinc facilè deprehenditur tempus hujuſce diplomatis: annum quippe 817. quo Lotharius à patre Imperator renunciatus eſt, ſubſequitur; præcedit verò annum 822. nam menſe Octobri anni 821. idem Lotharius Hirmingardem uxorem duxit.

IN CHARTAM XXVI.

AD annum 816. vel 822. haud abſurdè referri poteſt hæc imperialis donatio: ad primum ita ſcribit Eginhardus: *Hieme tranſactâ, Saxones & Orientales Franci expeditionem in Sorabos Sclavos, qui dicto audientes non erant, facere juſſi, imperata ſtrenuè compleverunt, & contumaciam audaciam non magno labore compreſſerunt.* Non minùs apertè Aſtronomus in vitâ Ludovici Pii: *Poſtquam Imperator hyemis inclementiam.... tranſegit, ſuccedente æſtivi temporis gratiſſimâ blanditie, miſſi ſunt ab eo, qui dicuntur Orientales Franci, ſed & Saxonici generis Comites, contra Sorabos Sclavos, qui ab ejus imperio dicebantur defeciſſe. Quorum conatus quàm breviſſimè ac facillimè, Chriſto donante, compreſſus eſt.* Alterum verò, hoc eſt, annum 822. ſi ſpectat, rurſum conſulendus Eginhardus, ubi ſic docet: *Saxones intereà juſſu Imperatoris caſtellum quoddam trans Albim, in loco cui Delbende nomen, ædificant, depulſis ex eo Sclavis, qui priùs illum occupaverant.* In alterutrâ enim præfatâ expeditione Imperatoris beneficentiam promeruiſſe cenſendi ſunt Comites, quorum *fidele ſervitium* in hac Chartâ laudatur atque merito beneficio donatur.

IN CHARTAM XXVII.

TRES hujus nominis viros, & quidem illuſtres, ſub hoc tempus exſtitiſſe docent nos monumenta hiſtorica. Primum, qui Caroli Magni Miſſus Dominicus fuit, produnt Epiſtolæ Hadriani Papæ 29. & 33. *tom.* 5. *Collect. Hiſtor. Gall.* Alter epiſcopus præfuit eccleſiæ Lingonenſi, uſque ad an. circiter 820. cujus rogatu, Ludovicus Pius quaſdam ejuſdem eccleſiæ poſſeſſiones, præcepto imperiali confirmat an. 815. *tom.* 4. *Gall. Chriſt. inter Inſtrum. col.* 129. Tertius ſub Carolo Calvo, Miſſus Dominicus memoratur in

Capitularibus tom. 2. *col.* 83. Hunc *virum illuſtrem fidelem ſuum* vocat idem Carolus in Præcepto an. 854. apud Mabill. *lib.* 6. *Diplom. pag.* 531. Horum quis ſit ille Betto, cui per hanc Chartam, Ludovicus Pius eccleſiam, quam à parentibus illius acceperat Carolus Magnus, reſtituit, pronuntiare non auſim: verùm minùs aptè Bettoni epiſcopo hæc convenire videntur, cùm de epiſcopatu ipſius ne verbum quidem ibi occurrat.

Cæterùm teſtis eſt hæc Charta conſuetudinis, quæ jam ab eo tempore obtinuerat ut non Eccleſias modò, hoc eſt, decimas eccleſiaſticas, aliaſque eccleſiarum obventiones viris militaribus Reges concederent; ſed & argumento eſt monaſteriola, quod tamen rariùs factum eſt, laicis etiam interdum adtributa fuiſſe: id enim innuit vox *cellula*, quâ ſignificari ſolet eccleſia alicui monaſterio ſubjecta.

IN CHARTAM XXVIII.

Haud ſcio an hic Teodo Referendarius Lotharii, imperii cum patre conſortis, diſtinguendus ſit à cognomine Ludovici Pii Cancellario, qui quædam ejuſdem Ludovici præcepta ſubſcripſiſſe invenitur. Exſtitit & hujus æqualis alter Teodo, ſeu Theoto abbas ſancti Martini Turonenſis. Cui potiori jure hæc conveniant, non definio.

IN CHARTAM XXIX.

Ricbodoni *fideli ſuo*, abbati Senonienſis monaſterii, Ludovicus & Lotharius Imperatores cellulam in Voſago ſitam, ad beneficium concedunt anno 826. Exſtat illud diploma apud Mabill. *tom.* 2. *Annal. Bened. inter Inſtr. pag.* 725. *col.* 2. Erat & alter Ricbodo eâdem ætate abbas Centulenſis, Caroli Magni ex filiâ nepos; ſed neutrum, ut opinor, *quemdam fidelem nomine Ricbodonem*, prætermiſſâ abbatiali dignitate, dixiſſet Ludovicus Auguſtus; ab iis itaque diſtinguendus videtur Ricbodo, de quo in hac Chartâ.

Notæ ſunt, etiamnunc in pago Alſacenſi, duæ villæ Frankenheim, quarum una tribus circiter leucis ab Argentorato disjuncta *hohen Frankenheim*, ſeu Frankenheim ſuperior appellatur; altera *klein Frankenheim*, ſeu inferior Frankenheim dicta, duabus leucis à prædictâ urbe diſtat: hæc ad epiſcopum Argentoratenſem, illa ad Hanovienſem comitatum pertinet.

IN CHARTAM XXX.

In lucem primùm, ut arbitror, prodit ſingulare hoc pro Foreſtariis regiis diploma, lectu ſanè ob deletas plerumque notas difficillimum. Nihil certè mirum eſt Principes noſtros, quibus ita familiare erat venationis exercitium, tot tantiſque privilegiis ſilvarum ſuarum cuſtodes donatos voluiſſe. Voſagi ſilvæ inter cæteras celeberrimæ, tunc præpoſitus erat Ado quidam, de quo nihil apud Scriptores noſtros: hic cum paribus ſuis à publicis functionibus, id eſt tributorum, ſeu conjectuum ſolutione, immunis declaratur, exceptâ *ſtoffâ*, quæ eſt contributionis ſpecies, cui ſatisfacere tenebantur ii tantùm, qui eam ſoliti erant perſolvere. Ignotus mihi prorſùs eſt Suizgardus vel Suizgardius, qui hanc Chartam *ambaſciaſſe*, hoc eſt, ſuo interventu obtinuiſſe, dicitur: ſed nec magis mihi conſtat de loco *Fulcolingas*, in quo id actum eſſe notatur. Cæterùm optimè cohærent inter ſe notæ chronologicæ, licèt ibi oſcitantiâ notarii menſis exciderit.

IN CHARTAM XXXI.

Quantum promovendis imperii ſui commodis attentus fuerit Ludovicus Pius, teſtis eſt hæc Charta, quâ negotiatoribus privilegia nemini hactenus conceſſa impertitur, eorumque negotii participem, ac ſocium ſe pronunciat: unde ut ſingulis annis ad palatium veniant, fiſco regio rationem reddituri de ſuo atque imperiali negotio ſtatuit. Liberi declarantur à quibuſvis vectigalibus, iis tantùm exceptis, quæ ad *opus*, ſeu

emolumentum, Imperatoris exigebantur in Quintovico, qui locus eſt ad oſtium Quantiæ poſitus, non longè à Stapulis & monaſterio ſancti Judoci; in Doreſtado, vulgò *Duerſtede*, ad fluvium Lacam; & ad Sclusas, quod de Slusâ urbe Flandriæ intelligo: *Sclusas* enim paulò ante interpretor de tributis quæ ad Sclusas ſolvebantur. De aliis exoticis vocibus, conſule *Gloſſar. med. & inf. Latinit.*

Aquiſgrani ſcriptum fuit hoc diploma in conventu publico, ut veriſimile eſt, qui menſe Februario ibi habitus eſt, teſte Eginhardo ad an. 828.

IN CHARTAM XXXII.

PLURA adnotaturus ad ſequens diploma pro Judæis Lugdunenſibus, hoc unum jam obſervo, ſcilicet canonem III. Concilii Gangrenſis indicari ab Imperatore, ubi ſcribit ſacros canones prohibuiſſe, ne ſervi dominos ſuos, Chriſtianæ religionis obtentu, contemnant, ab eorumque diſcedant ſervitio; quod haud dubiè, ut monet Baluzius *in Notis ad Agobardum pag.* 35. pronuntiatum eſt contra abuſum legis, *Ne Judæis mancipia deſerviant, vel adhæreant Chriſtiana.* Hujus autem canonis lemma eſt: *De ſervis qui jugum famulatûs abjiciunt Chriſtianitatis obtentu. Si quis ſervum prætextu divini cultûs, doceat dominum contemnere proprium, ut diſcedat ab ejus obſequio, nec ei cum benevolentiâ & omni honore deſerviat, anathema ſit.*

IN CHARTAM XXXIII.

INTER notandas hujuſce collectionis Chartas, præcipuum eſt iſtud diploma, quo detegitur primus Agobardi Lugdunenſis Archiepiſcopi in Ludovicum Pium fomes odii, quod eò tandem pervenit, ut Imperatoris exauctorationis præſul incentor fuerit primarius. Peſſimè quidem, quantumvis præceptum illud contrarium videatur vetuſtis canonibus; imò & legibus Principum; cùm nulla unquam legitima afferri poſſit rebellionis in principem cauſa.

Ipſummet verò eſſe præceptum, adversùs quod excandeſcens Agobardus, epiſtolam zelo fervidam ad Proceres Palatii ſcripſit, cuique illud expendenti, atque cum hac epiſtolâ & cum libro ejuſdem Archiepiſcopi *De Inſolentiâ Judæorum* conferenti conſpicuum fiet. *Quoddam præceptum*, inquit ille Præſul in epiſtolâ laudatâ, *Judæi circumferunt, quod ſibi datum ab Imperatore gloriantur, in quo continetur ut mancipium Judaïcum abſque voluntate domini ſui nemo baptiſet. Quod à nobis omninò non creditur, ut à facie chriſtianiſſimi & piiſſimi Imperatoris tam contrariæ eccleſiaſticæ regulæ ſit egreſſa ſententia.* In altero autem opuſculo ſcribit: *Hæc paſſi ſumus à fautoribus Judæorum, non ob aliud, niſi quia prædicavimus Chriſtianis, ut mancipia eis Chriſtiana non venderent, ut ipſos Judæos Chriſtianos vendere ad Hiſpanias non permitterent, nec mercenarios domeſticos habere, ne feminæ Chriſtianæ cum eis ſabbatizarent, & ne diebus Dominicis operarentur, &c.* Quæ cum præcepto hîc edito ita apprimè conveniunt, ut ſibi invicem fidem concilient; nam Agobardum nihil præter veritatem dixiſſe, probat hæc Charta, quam falſi inſimulare pariter non ſinunt verba Agobardi. Vix quippe, altero tantùm eorum teſte, credibile fuiſſet præceptum canonibus, ipſiſque Imperatorum capitularibus adeò contrarium, promulgaſſe piiſſimum Imperatorem. His enim legibus vetitum erat ne Judæis mancipia Chriſtiana deſervirent; ne Judæi ſuper Chriſtianos actiones publicas agerent; iis denique legibus poteſtas accipiendi baptiſmum ſervis facta, etiam invitis dominis. Ita definiunt Capitularia *lib.* 6. *num.* 119. & 423. Concil. Tolet. 12. *c.* 9. Edictum Chlotharii II. *cap.* 10. Concil. 1. Matiſc. &c. Eo autem præcepto ſtatuit Ludovicus Pius, ut Judæorum ſervi non baptiſentur, niſi ex eorum conſenſu; ut Chriſtianos ad eorum opera facienda habere poſſint; atque ut Judæorum cauſæ ex teſtium dictis judicentur, aut ad Imperatorem ipſum deferantur. Nihil ibi ſervilem conditionem, cui hactenus addicti fuerant Judæi, redolet: proprium habent, quod, etiam cum quibuſlibet voluerint hominibus, commutant; mancipia peregrina, modò intra imperium vendantur,

emere illis licitum eſt; graviori mulctâ puniuntur, qui eorum morti conſenſerint; ac demum ſecundùm ſuam legem vivere illis permittitur.

Diſcimus præterea ex hoc præcepto, haud ſatis accuratè in *Gloſſario med. & inf. Latinit.* ad vocem *Judæi*, obſervatum eſſe, quamvis omnibus, quotquot hac de re ſcripſerunt, conſentientibus, Philippum Auguſtum ſcilicet, Judæis domicilium in Franciâ primùm edictis confirmaſſe, legeſque quibus uterentur ſanxiſſe: quod ad Ludovicum Pium potiori jure referendum eſt; quandoquidem capitula iis obſervanda ipſum promulgaſſe, pœnaſque pro quibuſvis culpis infligendas ſtatuiſſe, hæc Charta nos doceat: quò etiam ſpectare videntur verba Agobardi in *lib. De Inſolentiâ Judæorum: Deinde venerunt & prædicti Miſſi, habentes in manibus tractoriam ſtipendialem, & capitularia ſanctionum, quæ non putamus veſtrâ juſſione exiſtere talia.*

Nunnum hîc avunculum interpretor. Vide *Gloſſar. med. & inf. Latinit.* ad vocem *Nonnus.*

IN CHARTAM XXXIV.

NIHIL in hoc diplomate habetur, quod in præcedentibus non occurrat: eadem ſunt privilegia, quæ Judæis Lugdunenſibus aliiſque conceſſa fuerant, quibus ut potiretur ille, qui in civitate Cæſarauguſtâ habitabat, eo ſtatuitur præcepto. Notandum tamen eſt quod ibi de mancipiis nonniſi intra imperium vendendis præcipitur; id enim non ita præcisè definiunt alia duo diplomata. Neque etiam prætereundum eſt quòd hæc Charta, uti majoris momenti, ab Imperatore ſubſignatur, bullâque ipſius ſigillatur. Vide Mabillonium de *Re Diplom. lib. 2. cap.* 10.

IN CHARTAM XXXV.

IN gratiam alicujus Italici negotiatoris, indubiè conceſſum eſt hoc ſecuritatis plenariæ, ut vocabant, præceptum, quo invidiâ & vexationibus hominum publicorum liberatur, atque maximè cavetur ne duriùs in eum agant, quòd Imperatorem, ipſorum injurias expoſiturus, adire auſus fuerit. Scriptum videtur hoc diploma haud multò poſt privilegia Judæis à Ludovico Auguſto adtributa, quorum in hac Chartâ mentio fit. Homines qui hîc, & in præcedenti Chartâ *legibus ſervientes* dicuntur, mancipiorum deſignantur nomine, in diplomate pro Judæis Lugdunenſibus.

IN CHARTAM XXXVI.

CHARTA eſt protectionis regiæ pro quibuſdam Romaniam Italiamque habitantibus, adversùs *malignorum hominum*, eorum ſcilicet qui in exigendis tributis auctoritate regiâ abutuntur, *infeſtationes*. Ab iis tamen, quæ ejuſdem argumenti in hac collectione reperiuntur, nonnihil diſcrepat: quod legenti ſatis patebit.

IN CHARTAM XXXVII.

PRÆCEPTUM eſt ſeu diploma, quo vidua Teofridis nomine, reſque ac bona ipſius ſub mundeburdo, id eſt, tutelâ regiâ, ſuſcipiuntur, uti ſtatutum legitur in *Capitul.* 4. *num.* 3. *Ut viduæ .... ſub Dei defenſione & noſtro mundeburdo pacem habeant, & eorum juſtitias adquirant.*

IN CHARTAM XXXVIII.

Tractoria nuncupabatur epiſtola, quam Imperator Legatis, ſeu Miſſis ſuis concedebat, ut ipſis, pro eorum conditione, neceſſaria ſuppeditarentur, nihilque præterea exigere poſſent. Formulam hîc exhibemus *tractoriæ*, quæ vaſſallo regio dari ſolebat; ab eâ longè differt,

differt, quæ occurrit apud Marculf. *lib.* 1. *num.* 11. Vide *Capitul. Ludovici Pii apud Baluz. tom.* 1. *col.* 618. 671. & *lib.* 4. *Capitul. ibid. col.* 790.

IN CHARTAM XXXIX.

REM notam, defectionem nempè Bernardi Italiæ Regis à Ludovico Pio, memorat hæc Charta, cujus cum monumentis authenticis cohærentia, & fidem hujuſce collectionis Chartarum notis deſcriptarum aſſerit; eamque hiſtoriæ illuſtrandæ, aut minimùm confirmandæ inſervire poſſe ſignificat. Et quidem Bernardum, Italiæ Regem præpoſitum fuiſſe à Carolo Magno, ſive à ſeipſo, docet ibi Ludovicus Pius; cui maximè conſentit Aſtronomus in Vitâ ejuſdem Ludovici ad an. 817. *Quum hiemem exacturus Aquiſgrani reverteretur* (Imperator) *nuntiatum eſt ei Bernardum nepotem ſuum, Italiæ Regem, cui ipſe maxima, ut Rex fieret, apud patrem cauſa fuerat, conſiliis quorumdam pravorum hominum adeò dementatum, ut ab eo diſciverit, &c.*

Pœnas in rebelles à Proceribus regni ſancitas, ibique paucis indicatas fuſiùs exponit Eginhardus ad an. 818. *Detectâ*, inquit, *fraude, & conjuratione patefactâ, ac ſeditioſis omnibus in poteſtatem ſuam redactis, Imperator Aquaſgrani revertitur. Tranſactoque Quadrageſimali jejunio, paucis poſt Paſcha diebus, conjurationis auctores, qui ſuperiùs nominati ſunt, & Bernhardum Regem, judicio Francorum capitali ſententiâ condemnatos, luminibus tantùm juſſit orbari: epiſcopos ſynodali decreto depoſitos monaſteriis mancipari: cæteros prout quiſque, vel nocentior, vel innocentior apparebat, vel exilio proſcribi, vel detondi atque in monaſteriis converſari.* Ita etiam Theganus cap. 22.

Ludovici denique in rebelles clementiam, quam Amingum, qui haud dubiè inter ipſos inſignis fuit, præ cæteris expertum eſſe Charta noſtra teſtatur, his verbis celebrat idem Eginhardus ad an. 821. *Eminuit in hoc placito* (apud Theodonis villam) *piiſſimi Imperatoris miſericordia ſingularis, quam oſtendit ſuper eos, qui cum Bernhardo nepote ſuo in Italiâ, contra caput & regnum ſuum conjuraverant. Quibus ſibi ad præſentiam venire juſſis, non ſolùm vitam & membra conceſſit, verùm etiam poſſeſſiones judicio legis in fiſcum redactas magnâ liberalitate reſtituit.*

In hoc uno non convenire videtur cum Eginhardo Charta noſtra, quòd in eâ Imperator minimè facti pœnitens, utpote qui Bernardum, ipſique adhærentes, *dignam ſubiiſſe ſententiam* dicit, ſolâ ductus pietate clementer cum rebellibus agat: id verò quaſi facinoris conſcientiâ cruciatum feciſſe ſubindicare videatur Eginhardus his verbis ad annum 822. *De iis quæ erga Bernhardum filium fratris ſui Pippini, necnon & iis quæ circa Adelhardum abbatem & fratrem ejus Walachum geſta ſunt, publicam confeſſionem fecit, & pœnitentiam egit.* Sed fortè Adelhardum alioſque quoſdam reſpicit Eginhardus, quibus immeritò inuſta fuerat rebellionis nota, atque adeò & pœna impoſita. Nam ſi de aliis rebellibus intelligas, cum ſeipſo conciliandus eſt Eginhardus, qui Ludovici clementiam laudat, quòd capitali ſententiâ judicio Francorum damnatos, luminibus tantùm orbari juſſerit: benigni itaque potiuſquàm pœnitentis animi argumentum eſt, quòd piiſſimus Imperator pœnas exegiſſe, quantumvis debitas, ſe pœnitere profiteatur.

Vocem *apices* hîc fœminini generis eſſe non mireris: librarii mendum corrigere nolui.

IN CHARTAM XL.

MULTIS capitibus inſigne eſt iſtud diploma; primo, quòd juris forenſis ordinem & diſciplinam docet: & quidem ex eo diſcimus rem controverſam hominum proborum teſtimonio aſſeri; dehinc viris illuſtribus committi diſcutiendam; ac demum dirimi chartarum inſpectâ veritate, nullâ diuturnæ licèt, ſed injuſtæ, poſſeſſionis habitâ ratione: quod judicium regiâ auctoritate confirmabatur. Secundo, quòd res eccleſiaſticas, ad beneficium laicis conceſſas, fiſco donare ipſis ex jure minimè licitum fuit. Tertio, quòd Magdunenſe monaſterium, de quo nihil ferè apud Scriptores noſtros, benefactores habuit *Meun.*
Reges Francorum, & maximè Chlotarium, qui *Hlotharius* hîc ſcribitur: ubi Chlotarium

hujus nominis tertium intelligo. Quarto, quòd Liſardus confeſſor, non abbas appellatur, licèt abbatem fuiſſe pronunciet Mabillonius, in Notis ad vitam ejuſdem, *tom.* 1. *Actor. SS. Bened. pag.* 154.

Ad annum 822. quo publicus Attiniaci conventus habitus eſt ex Eginhardo, hanc Chartam referendam eſſe cenſeo; maximè ſi Matfridum, cui tunc commiſſum erat Magdunenſis monaſterii regimen, eumdem putes, quod probabiliſſimum videtur, atque Matfridum comitem Aurelianenſem, qui hac dignitate, ut ſcribit Adrevaldus in *Miracul. S. Bened. cap.* 20. *ob culpam inertiæ* privatus eſt anno 829. quique Lotharii partes ſecutus, ex numero eorum qui gratiam Ludovici Imperatoris recuperaſſe dicuntur anno 831. excipiendus eſt.

Nihil de Ragumberno vaſſallo regio mihi occurrit.

Wadium hîc intellige rei alicujus ſymbolum, quod in ſignum atque pignus reſtitutæ poſſeſſionis tradebatur. Vide *Gloſſar. med. & inf. Latinit.* in voce *Vadium.*

IN CHARTAM XLI.

AD annum 793. ſpectat id, quod in hac Chartâ narratur, de Hoſtlaici nece cùm Faſtradam Franconofurt venientem comitaretur, ut ex Eginhardo colligere eſt, qui ad annum 792. ita ſcribit: *Tunc* (Carolus Rex) *apud Reginum Bajoariæ civitatem, in quâ & hiemaverat, reſidebat..... Rege verò ibidem æſtatem agente, facta eſt contra eum conjuratio à filio ſuo majore, nomine Pipino, & quibuſdam Francis, qui ſe crudelitatem Faſtradæ Reginæ ferre non poſſe aſſeverabant...... Rex autem propter bellum cum Hunis ſuſceptum in Bajoariâ ſedens..... ibique Natalem Domini & ſanctum Paſcha celebravit.* Sic ad annum 793. & 794. proſequitur idem Eginhardus: *Celebravit* (Rex Carolus) *Natalem Domini apud ſanctum Kilianum in Wirtziburgo, juxta Mœnum fluvium; Paſchalis verò feſti ſolemnitatem ſuper eumdem fluvium in villâ Franconofurt, in quâ & hiemaverat........ Mortua eſt ibi Faſtrada Regina.* Aperta eſt, ni fallor, hujuſce Chartæ cum Scriptoribus noſtris concordia.

Haud ſcio an is Richardus idem ſit atque ille, qui villarum regiarum proviſor appellatur ab Aſtronomo ad annum 895. Convenit quidem vaſſalli denominatio, quâ rerum dominicalium procurator & adminiſter deſignari ſolitum erat. Vide *Gloſſar. mediæ & inf. Latinit.* in voce *Vaſſus.*

Matfredus, cujus interventu iſtud diploma Richardo conceditur, is mihi videtur eſſe unus è Proceribus palatii, cui epiſtolam inſcripſit Agobardus, ubi *miniſtrum Imperatoris & palatii* illum vocat.

Adverte hîc homicidii pœnam, bonorum nempè fiſco addictionem: *Publicum* enim idem ſignificat quod fiſcus. Vide *Gloſſar.*

IN CHARTAM XLII.

VULTGARIUS, de quo in hac Chartâ, idem haud dubiè eſt, qui Mabillonio dicitur Witgarius, epiſcopus Maurienneníis, & Novalicienſis monaſterii in valle Seguſianâ, ad montem Cinifium poſiti, abbas: id probant & nominis affinitas, & manifeſta temporum convenientia. Succeſſit enim Witgarius Azenario, qui conventui Attiniacenſi ſubſcripſit anno 765. & à Frodoino jam exceptus fuerat anno 774. Quæ quidem optimè conveniunt cum eo tempore, quo minùs juſtè alienas poſſeſſiones *quondam* Vultgarium invaſiſſe hîc narratur: at ſcrupulum non levem injicit monaſterii, cui præerat Vultgarius abbas, in monte Jovis ſitus, qui perinde & mons ſancti Bernardi appellatur; nullum quippe in eo novimus monaſterium conſtructum, præter celeberrimum hoſpitale in peregrinorum ſubſidium, à Ludovico Pio in eo monte conditum, uberrimiſque reditibus ab eo dotatum; quod Novalicienſi monaſterio ſubjectum permanſit uſque ad annum 825. quo ab ipſius jure illud diſtraxit Lotharius, ut diſcimus ex Chartâ à Muratorio editâ *tom.* 3. *Ant. Ital. med. ævi col.* 577. Notarii itaque error eſt, cùm Vultgarium abbatem montis Jovis

nominat; cui occaſionem errandi præbuit, ut veriſimile eſt, hujus hoſpitalis tunc temporis celebritas, & illius cum Novalicienſi monaſterio, cui ſubjectum erat, neceſſitudo.

Nihil occurrit de Teutardo comite, niſi idem ſit qui Theodardus: Sicardus verò comes memoratur in Chartâ Caroli Magni an. 812. apud Mabillonium *lib.* 3. *Diplom. pag.* 512.

IN CHARTAM XLIII.

UNUM è primis eſt præceptum, quod Ludovicus Pius, regnum feliciter auſpicatus, & injuſtè facta per Caroli Magni Miniſtros emendare cupiens, iis conceſſit, qui iniquæ ſervituti addicti fuerant. Huic præcepto apprimè conſentiunt Eginhardus & Aſtronomus ad annum 814. *Habito*, inquit ille, *Aquiſgrani generali populi conventu, ad juſtitias faciendas & oppreſſiones popularium relevandas, Legatos in omnes regni ſui fines miſit.* Rem pluribus narrat Theganus *cap.* 13. & iis quidem verbis, ut Chartam noſtram ab eo deſcriptam putes: *Eodem tempore*, quo ſcilicet imperium poſt patrem ſubiit Ludovicus, *ſupradictus Princeps miſit Legatos ſuos ſupra omnia regna ſua inquirere & inveſtigare, ſi alicui aliqua injuſtitia perpetrata eſſet, & ſi aliquem inveniſſent qui hoc dicere vellet, & cum veriſſimis teſtibus hoc probare potuiſſet, ſtatim cum eis in provinciam ejus venire præcepit. Qui egreſſi invenerunt innumeram multitudinem oppreſſorum aut ablatione patrimonii, aut exſpoliatione libertatis. Quod iniqui Miniſtri, comites & loco-poſiti per malum ingenium exercebant. Omnia ſupradictus Princeps deſtruere juſſit acta, quæ impiè in diebus patris ſui per iniquorum Miniſtrorum ingenia facta fuerant. Patrimonia oppreſſis reddidit, injuſtè ad ſervitium inclinatos abſolvit, & omnibus præcepta juſſit facere, & manu propriâ cum ſubſcriptione confirmavit.*

Miſſi à palatio dimiſſi, de quibus in hac Chartâ, iidem ſunt qui *Miſſi à latere* alibi dicuntur, quoſque *Creditarios à latere* vocat Aſtronomus in Vitâ Ludovici Pii, ad *annum* 814.

Vox *eleemoſyna* hîc idem ſonat quod miſericordia, miſeratio.

IN CHARTAM XLIV.

OPTIME cum Eginhardo atque Aſtronomo convenit nota chronologica hujuſce diplomatis. *Menſe Maio*, inquit ille ad annum 823. *conventus ibidem* (ad Franconofurt) *habitus eſt.... in eodem conventu locus & tempus alterius conventûs habendi indicta ſunt Novembris videlicet menſis & Compendium palatium..... Ipſe* (Imperator) *reliquum æſtatis tempus in pago Wormacienſi, ac deinde in Arduennâ tranſigens, peractâ autumnali venatione ad Kalendas Novembris, ſicut condixerat, Compendium venit.* Et ad an. 824. *Conventu circiter* VIII. *Calendas Julii pronuntiato atque Compendii habito, ipſe* (Imperator) *ad Britannicam expeditionem per ſe faciendam animo intento* (fortè intendens) *&c.* Ita etiam Aſtronomus in Vitâ Ludovici Pii ad eumdem annum 823. *Imperator hoc placitum ſolvit, & alium conventum Compendio tempore Autumnali indixit...... Ipſe autem* (Imperator) *prout viſum eſt, ſingulis in locis moratus, conſtituto tempore, id eſt, Kalendis Novembris, ad Compendium venit. In quo placito, &c.* Quæ verò in eo conventu acta ſint, circa eccleſiam & imperium, ut ex hac Chartâ ſibi propoſuiſſe Imperatorem diſcimus, legeſis apud Eginhardum.

Factum, quod huic Chartæ occaſionem dedit, haud dubiè referendum eſt ad expeditionem Pipini Regis, de quâ ſic Eginhardus in Geſtis ejuſdem ad annum 767. *Menſe Auguſto ad reliquias belli profectus eſt* (Rex Pipinus) *& Bituricam veniens, conventum more Francico in campo egit. Indeque ad Garonnam fluvium accedens, caſtella multa & petras atque ſpeluncas, in quibus ſe hoſtium manus plurima defendebat, cepit. Inter quæ præcipua fuere Scoralia, Torinna, Petrocia.*

Notandum verò ſedulò eſt in hac Chartâ Toringium caſtrum in pago Petrocii, id eſt, Petrocorii, collocari, quod in inferiore Lemovicenſi agro nunc poſitum dicunt. Nihil neceſſe eſt, ut arbitror, quòd moneam de Petrociâ, vulgò *Peiruce*, in ſuperiore Arverniâ

caſtro, hæc intelligi non debere; vox quippe *pagus* Petrociæ non convenit. Vide Valeſium in *Notit. Galliar.*

Nihil de Ermenrico comite mihi præſto eſt: Immonis verò ſeu Ymonis comitis Petragoricenſis mentio fit apud Ducheſn. inter *Fragm. Hiſt. Franc. tom.* 2. *pag.* 400.

IN CHARTAM XLV.

CHARTAM denarialem eam vocabant, quâ manumiſſo, per excuſſionem denarii de manu ipſius, libertas aſſerebatur. Ejuſmodi Chartarum formulæ exſtant apud Marculf. *lib.* 1. *cap.* 22. & in Appendice ejuſdem *cap.* 24. Huic, quam hîc exſcribimus, ſimilem Chartam edidit Martenius *tom.* 1. *Ampliſſ. Collect. col.* 126. Conſule præterea *Gloſſar. med. & inf. Latinit.* in voce *Manumiſſio*, *col.* 470.

IN CHARTAM XLVI.

HANC eamdem formulam, totidem verbis editam, reperies inter formulas Lindenbrogii *num.* 101. apud Baluzium *tom.* 2. *Capitul. col.* 540. Nec multùm etiam differt ea, quam Martenius promulgavit *tom.* 1. *Ampliſſ. Collect. col.* 355.

IN CHARTAM XLVII.

ERRATUM hîc irrepſit in annos Ludovici Pii, aut in indictionem: annus enim ſextus imperii Ludovici cum indictione XII. connectitur. Verùm hæc Charta optimæ notæ mihi videtur, quippe quæ à præſtantiſſimo viro Eginhardo conſcripta accuratè exhibet omnia, quæ in manumiſſionibus ſolemniori ritu factis, obſervari ſolita erant. Conſulendum *Gloſſarium med. & inf. Latinit.* in voce *Manumiſſio*.

Hinc etiam diſcimus Eginhardum anno 819. aut 821. monaſterio ſancti Servatii Trajectenſi abbatem præfuiſſe; quod Mabillonium fugit, ut videtur: nam *t.* 2. *Annal. Bened. pag.* 426. ubi abbatias enumerat, quas Eginhardus rexit, nempè Gandenſes ſancti Petri in monte Blandinio & ſancti Bavonis, Selingeſtadienſem & Fontanellenſem, hanc ſancti Servatii prætermittit. Obſervo denique *Servatium* non *Aravatium* hîc ſcribi: Vide in hanc rem *Gall. Chriſt. tom.* 3. *col.* 816.

IN CHARTAM XLVIII.

ERRORE oſcitantiâve notarii vitiatum eſt hujus Chartæ exordium, cujus, notis ſincerè licèt expreſſis, obſcurus nihilominùs intricatuſque eſt ſenſus. Præceptum eſt pro reſtituendâ libertate, quod reſectis nominibus propriis, in formulam eſt redactum, & in quo nihil peculiare occurrit.

IN CHARTAM XLIX.

VALESII conjecturæ in Notitiâ Galliarum, & Mabillonii, ubi de Palatiis regiis, judicio Romaricum montem ſcilicet, villam publicam, ſeu fiſcalem fuiſſe; favet hæc Charta noſtra, in quâ, judicantibus Etti Trevirenſi Archiepiſcopo, & Adalberto comite, de quorum legatione erat Romaricus mons, Ingilbertus ejuſque propinqui à ſervitute fiſci, cui injuſtè ab Hildulfo actionario ſeu agente addicti fuerant, vindicantur.

Nec prætereundum eſt, quod ſemel monitum velim, Miſſorum judicia, cujuſcumque dignitatis eſſent, diplomate regio confirmari ſolitum fuiſſe.

IN CHARTAM L.

ANDERNACUM, vulgò *Andernach*, in pago Megenenſi ad Rhenum, non longè à Bonnâ,

Digitized by Google

Bonnâ, rectè inter *fiſcos obſequiis imperialibus deditos* numerari in Chronicis Mettenſibus colligitur ex hac Chartâ, in quâ *fiſcus regius* appellatur. Plura vide apud Mabillonium, & in *Gloſſar. med. & inf. Latinit.* ubi de Palatiis regiis.

Nota literam H nomini Judith hîc præponi, quæ ſemper eſt ultima hujuſce nominis apud Scriptores noſtros.

Primùm mihi occurrit Germanus Caroli Magni Miſſus.

Nihil præterea ſingulare habet iſtud diploma, quo libertas & bona iniquè ablata, & jam reddita, iterùm reſtituuntur.

Vox *genealogia* idem ſonat quod genus, familia. Vide *Gloſſar.* ſupra laudatum in hac voce.

IN CHARTAM LI.

VERBA *quorum propinquus............nominatur*, extra locum poſita (nam iis, *Parmæ civitatis*, in codice MS. ſubſunt) ſuo reſtituenda exiſtimavi, nihil, ut mihi viſum eſt, contra interpretis fidem faciens, modò monitus eſſet Lector. Ignotus mihi Piriteus, ignoti perinde ii qui à Piriteo libertate donantur.

IN CHARTAM LII.

QUA ratione derogabatur legi, quæ jubebat ut bona manumiſſorum, qui inteſtati decedebant, ad fiſcum devenirent, docet nos hæc Charta, ſimul & fideicommiſſi abuſus & pericula detegit. Sed notanda omninò eſt Albrici proviſio, qui ab Imperatore præceptum poſtulat, quo non ſolùm bona ſua filiis ſuis, ipſo decedente, certa & ſecura maneant, ſed & quo, ne aliter de iis ſtatuere poſſet, ipſe illigaretur.

De iis, qui non condito teſtamento, aut ſubitaneâ ac improvisâ morte obibant, conſule *Gloſſarium med. & inf. Latinit.* in voce *Inteſtatio.*

Notandum quoque eſt in hoc uno hujuſce collectionis diplomate, Carolum *piiſſimum principem* à Ludovico appellari, quem in aliis Imperatorem, vel Auguſtum ſemper vocat.

IN CHARTAM LIII.

CUM nihil præter conjecturas, haud ſatis etiam probabiles, ad hujus Chartæ elucidationem proponendas habeam, ab iis fortaſsè abſtinere ſatius eſſet, niſi veritati detegendæ levem etiam conjecturam interdùm præiviſſe ſcirem. Itaque quod minùs abſurdum mihi viſum eſt, veniam præfatus, aperiam. *Aulinge* nomini haud ſcio an ſatis affine ſit *Alaringi*, de quo ſic Godefridus abbas Gottwic. *lib.* 4. *Chron.* ejuſdem monaſt. *pag.* 533. *Alaringi. Hujus pagi Saxoniæ, ut videtur, Oſtfalicæ mentionem facit Charta donationis Arnolfi Imperatoris de anno* 892. *comiti Egbrecht factæ apud Eccard. Hiſt. Genealog. famil. Saxon. ſuper. fol.* 295. *qui exiſtimat eundem in epiſcopatu Hildesheimenſi ſitum eſſe.* Propiùs ad *Dotanam curtem* accedere videtur *Dodiniaca curtis* in comitatu Breonenſi, quam Dervenſi monaſterio liberaliter concedit Ludovicus Pius, ut patet ex Chartâ an. 832. apud Mabill. in *Append. tom.* 2. *Annal. Bened. pag.* 737. Occurrit & *Dodanhuſun*, pagus Weſtphaliæ, apud Bolland. *tom.* 1. *Jun. pag.* 526. *col.* 2. Ad *Caniucenſe* verò ridiculum eſt revocare *Caniacum* villam, cujus mentio eſt in Mirac. S. Genovefæ *tom.* 1. *Januar. pag.* 150. *col.* 1. vel *Canuſium* urbem Apuliæ, de quâ *tom.* 2. *Febr. pag.* 300. 322. & *tom.* 6. *Maii pag.* 132. Nec magis mihi notus eſt Haimannus comes.

Charta vindicionalis ea eſt, in quâ venditionis conditiones diſtinctè exprimuntur, ut res adquiſita emptori certa maneat.

IN CHARTAM LIV.

NE quis mecum expoſtulet quòd ex Codice regio nonnihil prætermiſerim, hanc Chartam, tametſi admodùm mutila ſit, edendam judicavi : tum etiam quòd multa habet, quæ fruſtra in aliis requiras, ſive formulam ſpectes, ſive notas verborum. In eâ explicandâ, adeò confuſa aut obliterata ſunt ſigna, multùm, imò in nullâ magis, deſudavi ; integram, ſi conjecturis indulgere fas eſſet, fortè exhibuiſſem : at ſatius duxi, dubiis prætermiſſis, ea tantùm, quæ mihi certa viſa ſunt, in lucem proferre.
Vocum exoticarum intelligentiam quære in *Gloſſario med. & inf. Latinit.*

HIS ſubjicio quaſdam formulas Chartarum ſub Ludovico Pio uſitatas.

Finis Notationum in Chartas.

Digitized by Google

INDEX

EORUM QUÆ CONTINENTUR IN CHARTIS LUDOVICI PII.

A.

Abraham, *Judæus*, 63
Actor imperialis, 17. 49
Adalardus, *abbas*, 49
Adalbertus, *comes*, 79
Adam, *abbas*, 37
Ado, *foreſtarius regius*, 57
Aganus, 73. 75
Albia, *fluvius*, 53
Albricus, *actor imperialis*, 83
Alſacinſis *pagus*, 53. 57
Amingus rebellionis Bernardi regis conſcius, 69
Ammonicus, *Judæus*, 61
Andernacus, *fiſcus regius*, 81
Angelia, 79
Andicavina *civitas*, 35
Annulus imperialis, 17. 67. 71
Aquiſgranum, *palatium*, 59
Aquitania, 33. 43
Aribannum, 57
Arnulfus, *abbas*; 41
Attiniacum, *palatium*, 69
Audriaca villa, *fiſcus regius*, 51
Aulingis *pagus*, 85
Auſtria, 33. 59
Autiſiodorum, *civitas*, 39
Autulfus, *comes*, 35. 37

B.

Bajoharia, 59. 71
Bannum, 57. 59
Bernardus, *rex Italiæ*, 67
Betto, 55. 85
Britannia, 35
Bulla imperialis, 65
Burgundia, 33. 59

C.

Cæsar, titulus Lotharii conſortis imperii, 53
Cæſarauguſta, *civitas*, 63
Camera regia, 59
Camma, 87
Caniucinſis *pagus*, 85
Carolus Magnus, 17. 21. 23. 25. 29. 31. 33. 35. 37. 45. 47. 55. 67. 69. 71. 73. 81. 83
Carus, *fluvius*, 23
Cenſus, 23. 25
Cerviſia, 67. 87
Ceſpitaticum, 45. 61
Cœnaticum, 45. 61
Compendium, *palatium*, 73
Conjectus, 57
Sanctæ Crucis Eccleſia, 19

D.

David, *Judæus*, 61
Decimæ, 23. 25
Denarius de manu excuſſus in ſignum libertatis, 75
Deusdedir, *abbas*, 39
Domatus, *rabbi*, 59
Doreſtadum, 59
Dos eccleſiarum apud Sclavos conſtructarum, 17
Dotana curtis, 85
Durandus, *notarius*; 57
Duriaclum, *fiſcus regius*, 41

E.

Einhardus, 77. 79
Elarius, *fluvius*, 23
Engilbertus, 79
Erchambertus, 85
Ermenricus, *comes*, 75
Etti, *archiepiſcopus*, 79

F.

Faſtrada, *regina*; 71
Fideicommiſſi uſus & pericula, 83
Fiſcus hæres eſt manumiſſorum, qui inteſtati decedunt, 83
Foraticum, 61
Foreſtariorum regiorum privilegia, 57
Francia, 59
Franconovurd, 71
Frankenheim, *villa*, 57
Freda, 41
Fredegiſus, *abbas*, 33. 57
Freſcinga, 67
Fulcolingas, 57

G.

Gemeticum, *monaſterium*, 37
Genealogia, *id eſt*, genus, familia, 81
S. Germani Autiſſ. *monaſterium*, 39
Germanus, *miſſus Dominicus*, 81

H.

Haimannus, *comes*, 85
Heribannum, 59
Herinſtein, 53
Hildericus, *rex*; 39
Hildulfus, *actionarius*, 79
Hiudit, *regina*, 81
Hlotharius, *Cæſar* & *Imperator*, 53. 55
Hlotharius, *pro* Chlotharius, 69
Homicidii pœna, 71
Hoſtlaicus, 71

I.

Immo, *comes*, 75
Ingilardus, 73
Ingilbertus, 79
Ingilfridus, *abbas*, 35
Johannes, 81
S. Johannis Baptiſtæ *eccleſia cathedralis*, 27
S. Johannis Bapt. Andegav. *monaſterium*, 35
Jonas, *epiſcopus Nivernenſis*, 23
Joſeph, *Judæus*, 61
Irmengarius, 71
Italia, 33. 59. 65. 67. 83
Judæorum privilegia, 59. 61. 63. 65
Judicium ad aquam calidam, ad ignem, 61
Jus Francorum, 83

K.

Karolus Magnus. *V.* Carolus.

L.

Lambertus, 73
Lanſulmus, 67
Lardum, 87
Laudaticum; 45
Ledus, *fluvius*, 23
Licinius, *epiſcopus Andegav.* 35
S. Lifardus, 71
Ligeris, *fluvius*, 23. 45
Lotharius. *Vide* Hlotharius.
Lugdunum, *civitas*, 61

Digitized by Google

M.

Machinamentum, 47. 49
Magedunum, *monaſterium*, 69
Magnarius, *comes* & *actor imperialis*, 49
Malmundarium, *monaſterium*, 39
Maltrus, 87
Manſionaticum, 59. 61
Manſiones, 41
Manumiſſionis formula, 75. 77
S. Mariæ *eccleſia*, 19. 27
S. Martinus, 33
Maſſiliacus, *villa*, 35
Matfredus, *miniſter regius*, 71
Matfridus, *comes* & *abbas Magedunenſis*, 69
Mediana, *fluvius*, 23
Medo, 67. 87
Meginfridus, 77
Miſſionum miniſter, 59
Moinus, *fluvius*, 17
Moinwinidi, 17
Monaſterii nomine eccleſia vel clauſtra Canonicorum deſignantur, 19
Monaſteriorum immunitas, quid eo nomine definitur, quando violata cenſenda eſt, 43
Mons Jovis, *monaſterium*, 71

N.

Negotiatorum privilegia, 59
Neuſtria, 33. 59
Nonæ, 23. 25

O.

Odolmarus, *advocatus*, 69
Oſtlaicus. *Vide* Hoſtlaicus.

P.

Paratæ, 41
Paravereda, 41. 57. 59. 61
Parma, *civitas*, 81
Paſta, 87
Paſtio, 45
Penſa, 87
S. Petri, *monaſterium*, 47. 51
Petrocius, *pagus*, 73
Pipinus, *rex*, 29. 33. 37. 45
Piriteus, 81. 83
Placitum generale, 69
Pontaticum, 45. 61
Portaticum, 45. 59. 61
Poteſtas monaſterii, 73
Provincia, 33. 43. 59
Pulcinus, 87
Pulveraticum, 45. 61

Q.

Quintovicus, 59

R.

Radanzia, *fluvius*, 17
Radanzwinidi, 17
Ragumbernus, *vaſſallus regius*, 69
S. Remachus, 39
Reumagenſis *vallis*, 49
Ricbodo, 57
Richardus, *vaſſallus regius*, 71
Ripaticum, 23. 45. 61
Rodo, 85
Romania, 65. 81
Romaricus-mons, 79
Rotaticum, 59. 61
Ruotmundus, 71

S.

Salutaticum, 45. 63
Samuel, *Judæus*, 59
Sapo, 87
Sarta, *fluvius*, 23
Saxonia, 53
Scara, 59
Sclavi, 17. 53
Sclavinia, 59
Scluſæ, 59
Septimania, 43. 59
S. Servatii *monaſterium*, 77. 79
Servi eccleſiaſtici, fiſcalini, foreſtarii, 57
Sicardus, *comes*, 71
Sigibertus, *rex*, 39
Staupus, 87
Stoffa, 57
Suizgardus, 57

T.

Teodo, *referendarius*, 55
Teofridis, *vidua*, 67
Teutardus, *comes*, 71
Toringius, *caſtrum*, 73
Trabaticum, 45. 59
Trajectum citra Rhenum, 79
Tranaticum, 61

V.

Vaifarius, *princeps Aquitanorum*, 29
Voſagus, *ſilva*, 57
Urſus, 81
Vuillibertus, *archiep. Rotomag.* 19
Vuirontus, *abbas*, 39
Vultgarius, *abbas*, 71
Wolsgerus, *epiſc. Wirciburg.* 17

VAA 1519922

Digitized by Google